

CORPUS  
SCRIPTORUM HISTORIAE  
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIORE ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI,

G. DINDORFII ALIORUMQUE PHILOLOGORUM

PARATA.

[ *Vol. II* ]

PARS XX.

CANTACUZENUS.

VOLUMEN I.

---

BONNAE  
IMPENSIS ED. WEBERI  
MDCCCXXVIII.

Ly. 845



*Im. V. (Cantacuzenus), Byzantine Em.*

IOANNIS  
CANTACUZENI  
EXIMPERATORIS  
HISTORIARUM

LIBRI IV.

GRAECE ET LATINE.

---

CURA  
*Ludwig*  
LUDOVICI SCHOPENI.

---

VOLUMEN I.

---

BONNAE  
IMPENSIS ED. WEBERI  
MDCCCXXVIII.

6773  
41-21  
16-16

---

## P R A E M O N I T U M .

---

**H**anc novam Ioannis Cantacuzeni editionem, cuius nunc primum volumen prodit, reliqua duo sequentur proxime, descriptam exhibemus ad exemplum editionis Parisinae, quae anno 1645. voll. 3. fol. typis regis impressa est. Graeca primum ea editio vulgavit, eaque ex uno codice Parisino, uti haec verba, in titulo posita, testantur: *Graeca nunc primum prodeunt ex codice MS. Bibliothecae Viri Illustrissimi Petri Seguierii Franciae Cancellarii.* E regione textus graeci, sectis paginis, versionem latinam habet, quam Iacobus Pontanus, codice Bavarico usus, dudum ante edidit Ingolstadii anno 1603., annotationibus cum suis tum I. Gretseri auctam. Quis editionem Parisinam curaverit, neque titulus neque praefatio tradit; at hominem eum fuisse eruditum graeceque doctissimum, annotationes margini adscriptae probant, quibus tum locos non ita faciles intellectu ex interiore rerum cognitione explanat, tum codicis sui corruptelis felicissimam plerumque medici-

nam adhibet, ita ut maximam partem emendationum earum in textu reponere non dubitarim. Quo magis dolendum est, uberiores eius annotationes, ad quas lectorem p. 177. C. remittit, nunquam in lucem prodisse, neque omnino ab eo tantam in posterioribus Cantacuzeni libris curam positam esse, quanta in castigandis prioribus elaborasse censendus est. Quamquam vel in his ipsis plura inveni, quae cum manifesto depravata essent et corrigi poscerent, ille non animadvertit, aut animadversa ita tentavit, ut veritatem scriptorisque manum nondum assecutus videretur. Itaque ipse emendandi subinde periculum feci, et siquando meliora ac satis certa suppeterent, ea breviter indicavi. Codice usus sum nullo: eiusmodi praesidii loco versionem Pontani habui; inspexi etiam interdum, nec id sine operae fructu, editionem Venetam a. 1729. fel., quam ex Parisino exemplo transcriptam esse constat. Ea enim aliquot menda iam correcta exhibet, aliorum tamen passim obsita est turba foediore. Denique nonnullis in locis emendationibus, quas Vir Illustris, B. G. Niebuhrius, et, cuius nunc Bonna distracti iucundissimam memoriam hic recolere iuvat, Henr. Grauertus, margini editionis, qua utor, adscriperant, egregie adiutum me esse gratus profiteor.

Restat, ut iis, quae in praefatione Pontani de Cantacuzeno ipso eiusque in enarrandis rebus fide ac studio veri satis magnifice praedicantur, iudicium addam Ed. Gibboni, in primis intelligentis harum rerum existimatoris, quod adeo verum

reique consentaneum est, nihil ut praeclarius et ad usum huius scriptoris recte instituendum salubrius dici posse videatur. Verba autem eius, quae Hist. of the D. and F. of the R. E. c. LXIII. leguntur, haec sunt:

»The name and situation of the emperor John Cantacuzene might inspire the most lively curiosity. His memorials of forty years extend from the revolt of the younger Andronicus to his own abdication of the empire, and it is observed, that, like Moses and Caesar, he was the principal actor in the scenes which he describes. But in this eloquent work, we should vainly seek the sincerity of an hero or a penitent. Retired in a cloyster from the vices and passions of the world he presents not a confession, but an apology, of the life of an ambitious statesman. Instead of unfolding the true counsels and characters of men, he displays the smooth and specious surface of events, highly varnished with his own praises and those of his friends. Their motives are always pure; their ends always legitimate: they conspire and rebel without any views of interest; and the violence which they inflict or suffer is celebrated as the spontaneous effect of reason and virtue.«

Scr. Bonnae mens. Sept. a. 1828.

---

---

## EDITIONIS PARISINAE PRAEFATIO.

---

### L E C T O R I

#### C A N D I D O.

---

Secundus et quadragesimus annus hic agitur, postquam Iacobus Pontanus Societatis Iesu Ioannem Cantacuzenum Orientis Imperatorem e palliato togatum fecit: de Graeco, inquam, in Latinum eleganter convertit: togaeque eius notas pereruditae veluti purpuram intexuit, ne scilicet terrae Graeciae princeps in publicum sine purpura prodiret. Itaque longe optimum historicum et veteribus rerum scriptoribus sine dubio comparandum, qua docti, qua indocti manibus versabant. Hi propter rerum gestarum memoriam auctorem laudabant, et probabant: illi rerum divinarum atque humanarum scientiam in principe suspiciebant: civilem animum, prudentiam domi militiaeque, fortitudinem in rebus hostilibus: animi magnitudinem in perferendis iniuriis, quas intulerant modestiae nescii et pudoris ignari homines, quosque ex paene servis liberos fecerat, et ex infimis hominum, summos. Denique in imperatore clementiam erga hostes, dignos profecto qui hostilia paterentur, funditusque tollerentur; postremo abdicationem imperii, despectionemque summae rei demirabantur, cuius causa plerique iura divina humanaque violant, et secessum in monasterium, quo solitarius separatusque ex hominum frequentia puriorem et sanctiorem vitam viveret. Hi, inquam, id est, Graecae linguae nescii, non aliter quam Latinae loquentem vellent: illi, id est, callentes utriusque linguae diutius ferre non poterant, ut Graccus auctor aliter, quam Graece loqueretur. Quod cum intelligeret Illustrissimus Vir



D. de Noyers regi ab intimis consiliis et secretis, cuius curae aedificia regia, artes, ipsaque typographia regia permissa sunt, pro singulari humanitate sua, proque innato non vulgari erga litteras affectu, quarum propagationem ad summam rempublicam pertinere probe scit, statim optimum factum videri sibi significavit, ut *δύλωτος* ederetur auctor luce dignissimus, quo utrosque voti compotes faceret: utque ipse Cantacuzenus cum tineis et blattis pugnare desineret, qui tot pugnas pugnasset, totque hominum strages, priusquam e vivorum numero eximeretur, edidisset: quo facto egregio nemo sane sapiens ibit inficias, illustrissimum virum optime de litteris esse promeritum, eoque nomine unicas ei gratias agendas. Quin imo, si quid manes sentiunt, id ipsi Cantacuzeno acceptissimum fore credibile est, quod Latinae linguae et Graecae quodam consortio quasi quodammodo inter veterem novamque Romam bene convenire videatur, quod ille vivus percupierat. Hoc igitur fruire, Lector, et beneficium agnosce viri, quo nemo ad bonas artes promovendas, et eximios ab arte viros iuvandos propensior existit, si non ingratus atque ab omni humanitate alienus es. Quod si te hic aequum praeberis, primo quoque tempore omnes historiae Byzantinae scriptores tam editos, quam manu exaratos typis regiis edendos eiusdem illustrissimi viri ductu et Regis Christianissimi auspiciis prolaturi sumus: de cuius rei utilitate plerique omnes consentiunt. Vos qui litteras amatis, favete, et consilio iuvate. Fama, virtus, et recti amor eum deseruere, qui litteras non amat, aut eas incultas deserit: et penitus inglorius, vel iudicio suo nec memoria, neque litteris dignum quidquam gessit, sed quod aeterno silentio magis obruendum sit, quam litterarum monumentis mandandum. Vale.

---

---

## IACOBI PONTANI PRAEFATIO.

---

Qui de Graecis in Latinum convertere aggrediuntur, et bonos scriptores veluti mortales peregrinos, atque ab exteris regionibus ad se ventitantes, hospitio humaniter ac benigne accipiunt, eosque patriae suae linguam, mores, et instituta docere conantur, quo (contra quam olim civili Romanorum iure mittebatur, per quod duarum civitatum civis esse nemo poterat) in posterum non minus inter Latinos, quam inter Graecos profiteri queant, nae illi munus sane pulcrum, utilitatis, iucunditatisque plenum: addo etiam, nisi in eo exercitationem iam ceperint, impeditum ac laboriosum aggrediuntur. Quid enim, amabo, cum universo genere litterarum, tum duabus hisce linguis, Graeca scilicet ac Latina, quibus divinae, humanaeque artes, et scientiae omnes continentur, praeclarius? quid elegantius? quarum in utraque versantur, qui de altera in alteram bona scripta transferre, et de doctrinarum candidatis, perque illos de hominum genere quam optime mereri (quod ipsum est in primis laudabile) annuntiantur. Et cum etiamnum haud pauca in Graecis codicibus, per illustriores praepotentium ac principum virorum, et rerumpublicarum bibliothecas abdita et inclusa lateant, quibus in apertum proditis crescere, ac propagari possit in omnem partem nostra eruditio, eorum studia, qui id praestant, fructum ferre permagnum quis inficiabitur? Sed quamquam labor is adhuc tironibus, paucorumque stipendiorum militibus operosior accidit: propterea quod permulta vitia et peccata occurrunt, quae vitare difficile est (cuius rei non leve argumentum, quod cum interpretes paene innumerabiles,

excellentes tamen atque perfectos admodum raros nominare possumus) nihilo minus in ista quantacunque interpretandi defatigatione ac molestia, suavitate quadam perfunditur, expleturque animus, cum sibi in sinu quodammodo nasci thesaurum videt, unde bonarum litterarum ditior evadat: quaeque hactenus tot hominum, etiam eruditorum, millia ignorarunt, multoque diutius, ac perpetuo forsitan ignorassent, ea princeps cognoscit, et sollicitudines, operam atque conatus suos spe et fiducia gratæ posteritatis consolatur.

Ceterum cum in hoc quoque tam præstanti munere elaborandi, et aliquod operæ pretium faciendi voluntas non mediocris iam pridem mihi haud defuerit, nihilominus eius difficultates cogitatione complectentem, non quidem pudor suburbicus, sed metus quidam, ut arbitror, ingenuus semper absterruit. Et nescio quomodo hæret in medullis, nec oblivisci queo, quod apud scriptorem persapientem legere meminî: præstare timere, quam audere in litteris. Accessit ad me retardandum, quod qui primorum primi, signiferique, atque adeo, qui interpretum familiam ducere existimantur, vel in uno libro convertendo creberrime hallucinati, atque a lineis, quod dicitur, excidisse, diligentiorum animadversione deprehensi sunt. Quænam ergo mihi semidocto fama speranda fuit? Verum enimvero, cunctantem ac trepidantem sapientium virorum auctoritas commovit, ipsaque ratio confirmavit, ut aliquando in isthanc palaestram descenderem: siquidem, iuxta vulgatum, nemo nascitur artifex: et ars nulla est, in qua non peccando discatur: quodque nobis pueris quondam præceptores in ludo ingerebant, qui nunquam male, nunquam bene. Factum igitur, ut cum Serenissimus Boiorum princeps Maximilianus Societatis nostræ domesticis potestatem liberaliter atque ultro concessisset, e voluminibus Graecis calamo exaratis (quorum habet in bibliotheca sua nobilissima lectissimam copiam) depromendi, et ad communem usum emolumentumque, cuius incenso tenetur desiderio, interpretandi quæ placuisset, ego in hunc non Christodulum utique, sed in ipsissimum Ioannem Cantacuzenum inciderim: quo ad gustum sententiamque meam nihil accommodatius, nihil ad prima militiæ huius tentanda peri-

cula, propter facilitatem quandam eius in scribendo opportunius nancisci potuissem.

Sic omnino est, ut dixi, in Ioannem Cantacuzenum incidi: qui quidem quo commodius huius libri sui occasionem, caussasque afferret, et personam suam celaret (quod tamen haud satis caute fecit, ut mox docebo) fingit a quodam Nilo familiari se ad scriptionem per litteras sollicitari: ac sibi vocabulum Christoduli imponit. Idoneum profecto, nempe a statu et conditione vitae, quam haec scribens agebat: agebat autem monasticam: et Christo serviens, merito eius servum se appellavit. Occultare porro, et tegere personam suam ideo voluit, idque prudenter, quod de rebus cum alienis, tum suis historiam compositurus erat, et narraturus plurima, quibus audiendis aures quibusdam dolerent, ut antea videndis oculi doluerant. Est vero tam infrequens Graecis hoc nomen, Christodulus, ut vel hinc isto loco fictitium ac supposititium appareat. Cumque per id tempus in monasterio pro Ioanne etiam Ioasaphus mutato nomine diceretur, sicut non antiquum et proprium, ita nec novum istuc et assumptitium, Ioasaphus inquam, ad libri auctorem indicandum usurpare decuit: ne monachus inanem aucupari gloriam, et qui Deo militatum venerat, iterum se negotiis implicare saecularibus videretur. Atque ita codex Graecus ἀνεπίγραφος est, sine titulo prorsus. Deinde ex ipsa Nili epistola Cantacuzenum huius historiae parentem, et conditorem esse perspicuum fit. Illa enim verba, καὶ ὅτε γὰρ τὰ κοινὰ διετέλεις πράττων, σωτηρία τοῖς πράγμασιν ἦσθα καὶ νῦν σουτοῦ γεγονώς, ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης παράδειγμα τὸν βίον κατέστησας τὸν σουτοῦ. *Tu enim et quamdiu gessisti rempublicam, salus imperii fuisti: et hodie, postquam defunctus honore, tui ipsius esse instituisti, vitam moresque tuos veritatis, ac iustitiae exemplar effecisti.* hae, inquam, voces non ad Iudicem, Consulem, Praefectum aliquem, sed ad magnum domesticum Ioannem Cantacuzenum, cuius post Andronicum minorem, quamdiu is vixit, suprema fuit potestas, et imperatoriae proxima in omnibus, et apud omnes auctoritas: imo vero ad ipsum munus imperatorium, quod idem citra nomen diu, postmodum et re et nomine multis annis administravit,

planissime pertinent : qui quo pacto σωτηρία τῶν πραγμάτων fuerit, legendo discas : et nihil verius dici potuisse constitues. Illa similiter in quem alium, quaeso, nisi in eundem quadrant, quibus eum Nilus ab exemplis nostratium, exterorumque scriptorum incitat, uti acta sua memoriae ipsemet prodatur? ἔστι δὲ καὶ εἰς παράδειγμα τὴν ἡμετέραν ἰκτελίαν ἀνεργεῖν. ἂν τε γὰρ τοὺς ἔξωθεν, ἂν τε τοὺς ἡμετέρους ἡγεμόνας ἐνθυμηθῆς, οὐδαμῶς ἀτιμώσης τὴν ἱστορίαν. καὶ οὗτοι γὰρ, κάκεῖνοι ἐπὶ τὸ συγγράφειν καθῆκαν ἑαυτούς, οὐ μὲν τὸν ἀνθρώπινον βίον ἐκ τοιούτων ὀνήσειν οἴμενοι. *Nec vero caret exemplo, quod abs te petimus. Etenim sive ad externos, sive ad nostrates belli duces respicias, non poteris hoc genus descriptionis contemnere. Quippe tum hi, tum illi huc pariter se demiserunt, non parum inde humano generi consultum iri arbitrantes.* Quid quod de sua cum Andronico coniunctissima, fidelissimaque amicitia (de qua equidem cogitans, simul de Davidis, et Ionathae devinctissima familiaritate cogito : de quibus scriptum legimus, *Anima Ionathae conglutinata est animae Davidis : et dilexit eum quasi animam suam*; rursum : *Doleo super te, frater mi Ionatha, decore nimis, et amabilis super amorem mulierum*) non nisi ipsemet ita συμπαιδῶς et ἐναργῶς scribere potuit? quod quidem saepe numero facit. Sic solemus, frequenter, inquam, magnoque cum sensu de iis loqui, ac scribere, quae aut absentia valde in desideriis, aut praesentia vehementer nobis in amoribus sunt. Nec alius tam diserte de recusato toties imperio, de libertate apud Andronicum sua, deque amplitudine potestatis quam obtinisset, praeter ipsummet narrare voluisset, etiamsi potuisset. Scripturae sanctae toties productae, et monastica disciplina non semel tam eximie praedicata, atque etiam per totam historiam sparsae tot pietatis notae, non alium quam monachum olent, qualis ille tum erat, cum haec chartis mandaret. Dicendi genus, quod in libris contra Mahometanos, et Iudaeos in defensione fidei Christianae adhibuit, ideo dissimile est, quia illis disputatio quaedam perpetua et dialectica potius; hic narratio diffusa et continuata suscipitur. Proinde ut alia ibi, alia hic sit facies, necesse est. Illa demum lib. 4. cap. 24. et 25. adversus

Nicephorum Gregoram multa cum acrimonia, et fusius posita (ne amplius verborum in re parum ambigua consumamus) manifeste nobis astipulantur. Ubi prae indignatione dissimulatae personae immemor, causam suam accuratius agit, quam alius pro eo egisset: tametsi id postmodum animadvertens, in viam redeat, rursumque qui sit, dissimulare studeat.

Sequitur ut de oeconomia breviter te moneamus. His quatuor libris res sub utroque Andronico, avo, et nepote, et sub Cantacuzeno filiorum nepotis tutore, atque imperatore gestae explanantur: sic, ut primus discordiam et bella inter Andronicos: alter imperium minoris: tertius bellum Cantacuzeni cum obrectatoribus et inimicis: postremus eiusdem victoris ac triumphatoris tempora persequatur: in quo etiam subtentur, quae inter Ioannem Palaeologum legitimum heredem, et patris sui Andronici successorem, socerumque Cantacuzenum, et eiusdem filium Matthaeum (cum quibus amobus dissidium ei intercessit) contigerunt. Tametsi et in duobus prioribus tam multa de Cantacuzeno commemorata sunt, ut quod in epistola Nilus ait, eum *αὐτοργόον*, hoc est, rebus ipsismet coram, ut actorem, affuisse, aequae de illis, ut de posterioribus intelligendum videatur.

Gesta sunt autem omnia ab anno post Christum natum millesimo trecentesimo vigesimo primo, ad annum plus minus quinquagesimum nonum, annis nimirum triginta novem, aut circiter. Sic enim rationem subducimus. Michael Palaeologus collega patris sui Andronici mortuus est millesimo trecentesimo vigesimo primo. Eodem ipso anno (si a Septembri ducas anni initium, ut Graeci ducunt) bellum inter avum, et nepotem exarsit, duravitque sexennium et mensem unum, ut in calce libri primi relatum est. Victo avo, nepos solus praefuit imperio annis viginti, si verum scribit Gregoras. Quo e vivis sublato, pupillarum tutelam gessit Cantacuzenus, vix annum, ut colligere est: adversus quem deinde ut tyrannum nomine viduae imperatricis, et liberum eius bellum administratum est annis quinque. Eo finito Cantacuzenus, data Ioanni Palaeologo in matrimonium filia, decem annos ab eo paciscitur, quibus penes se imperii gubernatio cum nomine maneat: penes illum nomen dumtaxat et dignitas imperatoria, donec aetas

maurescat (agebat enim Ioannes annum non plus decimum quintum) postea se collegam patiat. Huius spatii vix dimidium videtur explevisse, rerum huius mundi et adversae sortis renovatae quodam taedio. Quae ipso iam monacho inter Palaeologum et Matthaenum secuta sunt, forsitan unius, aut duorum annorum fuerunt: nam in his quod pro certo affirmem, non habeo. Hac ratione colliguntur anni historiae huius circiter triginta novem. Ex his patet, tempora Andronici iunioris, Cantacuzeni, et Ioannis Palaeologi non satis probe digessisse Onuphrium, et alios. Errarunt item cum Gregora, dum Andronicum iuniorem anno aetatis quadragesimo quinto extinctum tradiderunt. Nam si natus erat annos viginti septem antequam secundam uxorem duceret, ut noster libro primo narrat, et ea ducta adhuc aliquot annis cum avo bellum gessit: si eo victo annis viginti solus imperavit, sequitur quinquagenarium, aut eo maiorem obiisse.

Ostendemus nunc, quo loco inter Byzantinas historias haec nostra collocanda sit. Cantacuzenus Nicephoro Gregorae proxime succedit, eiusque narrationes continuat: quamquam non praecise ac simpliciter. Nam cum Gregoras in obitu Andronici iunioris desinat, noster inde non orditur: quin imo secundum historiae suae librum ad eiusdem Andronici mortem perducit. Verum quia Gregoras iste avo, in cuius aulam desertis studiis liberalibus se contulit, amicior, nepoti autem iniquior fuit: illumque plurimum, et saepe commendavit: hunc aperte, nec modice, et non raro insimulavit ac vituperavit: ad haec, quae inter illos acciderunt, partem maximam minime comperta habuit: quae autem comperit, ea confuse, imperfecte, quaedam quoque aliter aliquanto, quid aliquanto? multo aliter, quam evenerunt, et cum mendaciis exposuit: in ipsius quoque Cantacuzeni bello rebusque commemorandis (quae scripta vel interierunt; vel adhuc in aliqua bibliotheca latent) parum bona fide, malevoleque versatus est. Cantacuzenus haec vitia non ferens, longe sincerius, longaque copiosius, distinctius, integrius, certius omnia explicavit: quippe qui omnibus paene non interfuit solum, verum etiam praefuit: et quae ipse non vidit, aut egit (qui enim potuit omnia?) ea a testibus gravissimis accepit: quemadmodum in fine libri quarti testatur.

Sed iuvat ipsius Cantacuzeni verba proferre in medium, ex libri quarti capite vigesimo quarto, unde, quomodo se gesserit in historia scribenda Gregoras, liquido perspiciatur. *Imperatorem vero Cantacuzenum, postquam ipsum per se deprimere atque evertere non potuit, Palaeologorum imperatorum bellum mutuum pro argumento sumens: et partim ignorantia rerum gestarum, partim gratia corrupta veritate, ac totis viribus velut in fabula comminiscenda mentiens, deinde ordine ad bellum, quod nostra memoria contra Cantacuzenum excitatum est, progressus, tum alia complura crimini dat, servitutes, caedes, trucidationes, populationes, et quaecunque Romanis per id bellum luctuosa incidderunt, illi adscribens: tum ob amorem dominandi imperialisque fastigii cupidinem malorum illorum nullam duxisse rationem affirmat. Illud autem Cantacuzenum potissimum vellicat et cor eius urit, quod mentitur, eum, adhuc vivente Andrónico, imperii Romani longe appetentissimum, cum id assequi non posset, ad monachos in monte Atho, qui viri sancti et a Deo afflati, futurorum praesensionem habere iudicabantur, profectum esse, de futuris, et an ad se Romanum imperium perventurum esset, peruncaturum etc. Attamen fieri potest, ut Gregoras de moribus Andronici quaedam non prorsus falsa scribat, et ea noster aut tanti non aestimet eiusque iuventuti condonanda putet: aut dissimulet, et id amicitiae singulari fortasse tribuat, de quo in Notis suo loco videbimus.*

Iam de excellentia, fructu, elegantia et ornamentis historiae huius quid ego satis dignum commemorem? Inter recentiores quidem rerum Graecarum, seu Byzantinarum scriptores, ut sunt Zonaras, Nicetas, Cedrenus, et alii, meo quidem et quorundam bene litteratorum iudicio hic primas tenet: videturque solus didicisse, quo pacto ad laudem accommodate contenda sit historia. Mira, nova, inaudita, inusitata, occultorum Dei iudiciorum plena, grandia, illustria multa hic recensentur. Et, si historia debet esse prudens, atque ornata rerum explicatio, neutra virtus in hac desideratur: quae mihi semper a viro nobilissimo, et ingenio excellentissimo suavissimoque visa est profluxisse. Prudentia militaris atque civilis tam eximia hic elucet, ut civitatum,



provinciarumque rectoribus ac belli ducibus maiorem in modum commodaturam putem. Cum autem virum politicum ad bene regendum aliis quoque virtutibus nihilo minus instructum esse oporteat, ne earum quidem exempla documentaque hic frustra requiras. In quibus qualis fuerit Cantacuzenus, infra ostendemus: in praesens aliquid de Andronico dicemus, quem, qui a Clemente V. pontifice maximo in extravag. communibus, ut haereticorum et schismatis antiqui fauorem excommunicatione percussum existimat, is tempora male componit, et ἀνιστορησία manifeste laborat. Qui enim tunc imperabat, et ultra adhuc annis quindecim post Clementis e vita discessum imperavit Andronicus senior, sacro illo fulmine tactus est. Ergo in Andronico iuniore Christiani imperatoris expressum, ac vivum quodammodo simulacrum hic proponitur. Est enim, ut paucis et summatim agamus, excelsi, nec minus modesti animi, beneficus, fortis et generosus, adversus bene merentes gratus, humanus, iniuriarum, laborumque tolerans, in ignoscendo mitis, misericors, pacis cupidus, in consultando cum amicis diligens (quod contra mentitur Gregoras, dum consilia nulla admisisse, et imperium neglexisse autumat) ab odio in quemquam suscipiendo alienus, pecuniae liberalis, aedificandi studiosus, erga Deum, caelites, sacerdotes, avum mire pius. Insunt in his libris insuper alia in aliis praeclarorum facinorum, et (quod dissimulandum non est) etiam insignium vitiorum exempla: quorum ut illa imitanda, sic ista evitanda nobis sunt. Notum est namque illud Romanae historiae principis. *Hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri, unde tibi, tuaeque reipublicae quod imitere capias: unde foedum inceptu, foedum exitu quod vitas.* Habet hic dux, habet miles, habet privatus civis, habet magistratus, habent sacri, habent profani, habent summi, habent infimi, habent viri, habent mulieres, quod vel fugiant vel sequantur. Insunt orationes creberrimae: quas cum hic auctor directas valde amet (sunt enim speciosiores et graviores) nos interdum brevitatis gratia, et ad vitandam ex similitudine satietatem, ad obliquas, more Caesariano redegimus. Nec possum de istis orationibus quidquam melius ac verius

dicere, quam si eas prudentes, copiosas, nervorumque ac sanguinis plenas, et omnino *ῥητορικωτέρας* dixerō. Praeterea hic invenire est locos communes tractatos egregie, scite dicta, paroemias non vulgares, celebrium scriptorum (ut de sacris taceam) sententias, fabellas aliquot lepidas et ad rem demonstrandam appositas: quas, ut scis, Philosophorum illi antistites, Plato et Aristoteles, neutiquam contemnendas censuerunt. Capient te item, quas strictim attingit, Romanae historiae: capient varii ritus: capient quos miscet animorum motus, tum lenes ac sedati, quos *ἤθη* Graeci, tum graves illi et concitati, quos iidem *πάθη* vocant: capient descriptiones aliquot insignes: capient alia demum plurima. Quodsi rerum varietas delectat, de quo nemo dubitat, ea sane hic mirifica cernitur, ut singulorum librorum periochae, seu epitomae indicabunt. Episcopis debitus honos, et reverentia hic tribuitur. Catholica instituta, ceremoniaeque ita sunt per hosce libros luculenta, ut non optes magis. In primis vero Dei Mater summa in veneratione est: cui etiam urbs tota Constantinopolis a Constantino Magno commissa, ac dedicata legitur. Vita monastica est illi *πράγμα καλὸν καὶ θεοφιλές, ἀπράγμων καὶ μεστὸς γαλήνης βίος, ἀκρότατος βίος, καὶ τελεωτάτη πολιτεία, θεῖον τι χρῆμα καὶ ἱερὸν, φιλοσοφία, καὶ περὶ οὐρανίων πραγμάτων γνώσις, ἔργον ὑψηλὸν καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερβαῖνον δύναμιν, ἱερὰ ἡσυχία*. Id est, *res honesta, et Deo amabilis, vita negotiis vacua, et tranquillitatis plena, supremum ac perfectissimum vitae institutum, res sancta et divina, philosophia, et cognitio rerum coelestium, opus sublime, et humanis viribus maius, quies sancta*. Montem porro Atho, ad quem complura aedificata monasteria, in quibus ingens monachorum multitudo, *πόλιν οὐράνιον, coelestem civitatem* nominat. Fucos illos scholasticos, *καὶ τὰς ληκύθους*, et pigmenta Isocratea non habet haec historia: sed ornatum quemdam matronalem, virilemque ac robustam elegantiam. Schemata quaedam oratoria, et Atticismi non penitus absunt. Lingua purior est, quam pro illa aetate, non cum lacte nutricis hausta; sed ex libris percepta videlicet. Nam illo saeculo (sub Andronicis nimirum et antea) non mediocriter infuscatam, et mutationes

haud leves perperam, eruditi non nesciunt. Addamus hoc pro corollario. Genuenses et Veneti multa hic ab aliis historicis suis praetermissa, aut nunquam cognita de maioribus suis, eorumque virtute et factis legere, et quaedam falso de iisdem hactenus scripta deprehendere poterunt.

Restat, ut quae nos vel praestitimus, vel praestare contendimus, indicemus. In interpretando eam speciem pro capto nostro consecrati sumus, quam ex eorum lectione, qui de optimo genere interpretandi praeceperunt, bonorumque interpretum observatione mente conceptam atque informatam tenebamus: quae cuiusmodi sit, ii potissimum intelligunt, quorum industria in eodem curriculo se aliquando explicavit. Codicem perquam mendosum, maleque interpunctum accepimus: ut divinare et conicere frequenter oportuerit. Nomina locorum, quae nec diligentissimus Ortelius omnia collegit, et personarum, quae vel Graecia iam occidens et *βεβαρβαρωμένη*, vel librariorum oscitantia depravarat, alicubi de coniectura emendavimus, (nam qui omnium veram et germanam scripturam coniectando possit assequi, ego quidem futurum opinor neminem,) omnia quaedam supplevimus: in singulos libros periochias seu epitomas conscripsimus, quas et lecturo ad *προκατασκευήν*, et ei qui iam legit, ad *ἀνακεφαλαίωσιν* utiles fore confidimus: relictis sectionibus (quas in plerisque codicibus sive scribas sive lectores; non ipsos auctores excogitasse et adhibuisse reor) quod modo nimis crebrae, modo nimis raras, saepius argumentum vix ex triente comprehenderent, in capita, more Latinorum, totam corpus divisimus, ut quantum maxime possemus, lectori lumen praepanderemus. Locos aliquot parum sanos, praetextis in ipso contextu animadversionibus, perstrinximus; quas quidem rogatu nostro Iacobus Gretserus, Societatis nostrae Theologus, et in Academia Ingolstadiana professor ordinarius, conscripsit. Et haec fecimus, magis ut candorem nostrum bonis viris probaremus, quam quod illa, qualiacunque sunt, hoc quidem saeculo, et in his terris ad quemquam inficiendum depravandumque valitura formidaremus. Quis enim nescit, etiam qui litteras non didicit, non tum primum, propendente scilicet iam ad occasum imperio, sed multis ante annorum centuriis, paene post octingentesimum statim

ab ortu Christi, orientalem ecclesiam a Romana secessisse? Feruntur item historici non pauci, hoc nostro partim antiquiores, partim recentiores, quos cum ad unum vel in haeticis, vel in schismaticis iure numeremus, nullo tamen eorum sine aliquo, omnibus simul sine maximo detrimento ecclesia Romana carere non potest. Vin' tu audire qui sint? Sozomenus et Socrates Novati perfidiam sectati sunt. Quorum hic non oblata solum, sed interdum etiam quaesita occasione Novatianos libenter laudat, ipsis miracula tribuit, Romanorum pontificum potentiam exagitat: quae omnia Iacobus Billius eruditus Theologus observationum sacrarum libro primo capite vigesimo sexto luculenter demonstrat. De Nicephoro Callisto liquet ex Gennadii apologia pro Concilio Florentino, ubi eius non tam scripta, quam convicia contra Latinos refelluntur: ut de iis, quae sparsim in historiam suam sinistra inseruit, nihil dicam. Zonaram fuisse schismaticum, testari possunt eius poemata aculeatissima de processione sancti Spiritus, et alia adversus Latinos composita, quae Genebrardus dum converteret, se criminatio-nes illas omisisse narrat. De Pachymerio idem constare potest ex adiunctis ad Gregoram Latinum. Ea sunt capita, seu loci rerum memoria dignarum, e codice Augustano, carie confecto, et mutilo, per singulos libros excerpti: cuius animus in Romanam ecclesiam qualis fuerit, ex quinto, sexto, et octavo potissimum libris deprehenditur. Nicephorum Gregoram quoque, et Nicetam Choniatam eorum monumenta produunt. Adde huc Cedrenum, Glycam, Constantinum Manassem, Ioannem et Georgium Curopalatas et alios, si quaeramus. Nam per illa tempora tam non facile monachum, aut scriptorem a Romana ecclesia non alienissimum erat invenire in Graecia, quam hodie difficile est praeconem verbi Dei, aut professorem Catholicum invenire in Saxonia. Et qui tandem fieri potest, ut qui Patriarchas Constantinopolitanos schismaticos appellant sanctissimos, oecumenicos, et principes ecclesiae, ipsi eiusdem farinae non fuerint? Si ego quempiam Superintendentem sanctissimi vocabulo afficerem, credo, aliqui, imo plurimi, nec iniuria, me Lutheranum aut Calvinianum esse colligerent. Atque ut ab historicis abeamus, et ad alios scriptores

venimus, Origenes et Tertullianus quales tandem fuerunt? Nonne eorum haereses extant? Feruntur demonstrationes evangelicae Eusebii Pamphili, in quibus aperte, et saepius ἀφανίζεσθαι, quod doctissimus Billius observationum lib. 1. cap. 27. plane ac diserte ostendit. Quid demonstrationes evangelicae? Statim in ipso principio ecclesiasticae eius historiae (quo monumento nihil habemus in republica Christiana illustrius) Arianismos aliquot observat tomo tertio Annalium Zonarás. Sunt in manibus monumenta Photii, sunt Theodori Balsamonis, qui Latinos, ut pestilentissimus schismaticus, conviciis passim lacerat. Eosdem ob processionem sancti Spiritus exagitat etiam nobilis inter theologos patres Theophylactus Bulgariae episcopus, et, cuius similiter magnum inter sacros scriptores nomen est, Euthymius. Possum adhuc nominare homilias, et alia scripta huiuscemodi hominum, quae in Latinum translata leguntur, et ab eruditis proferuntur. Si ergo nec superiorum historiae, nec istorum commentarii hactenus ecclesiae incommodarunt: quin potius (quod res clamat) mirum in modum vehementerque commodarunt, ne a Cantacuzeno quidem magis damnum ullum metuendum, quam fructus, isque non mediocris, ut ex antecedentibus patuit, exspectandus est. Rerum gestarum ac vetustiorum temporum utilem, necessariamque cognitionem persequimur et inquirimus: si quid interdum in iis minus commendabile aspergitur, id tota mente aversamur atque reiicimus: et calamo etiam, cum est occasio, notamus atque confodimus. Nec vero ab hoc auctore nostro ecclesiae Romanae, aut Romano pontifici contumeliae dicuntur, quem patrem, sanctissimum dominum, tua sanctitas, tua beatitudo vocat: et ut apud eum opinione mala ne sit, elaborat (propter barbaros, Turcas videlicet, in auxilium accersitos, vastatamque bello civili provinciam,) cum eo arma adversus infideles pro gloria crucis Christi coniungere cupit: eius laudationem sibi amplissimo honori ducit: legatos ipsius benigne excipit: cum eodem, Clemente nimirum VI., de synodo habenda, redintegrandaque ecclesiarum concordia sollicite ac reverenter agit. Non, inquam, hic probra et maledicta iaciuntur: sed dissensio ac dissidium illud a nobis Latinis, iam lippis et tonsoribus

etiam notum, aliquoties se exerit atque a maiorum exemplo defensionem, quamquam iniustam, petit. Nam si maiores *magnopere a vero longeque errasse videntur,* ut ait Lucretius, non ideo minoribus pedes in illorum vestigiis ponendi sunt: nisi ipsi quoque cum iisdem in idem se barathrum praecipitare studeant.

---

IACOBI PONTANI  
VITA IOANNIS CANTACUZENI,

EX EIUDEM HISTORIA.

Ioannis, Manuelis et aliorum Cantacuzenorum, ut virorum illustrium et bellicosorum, meminit Nicetas. Quos hic noster Cantacuzenus in maioribus suis habet. Idem, Ioannem Manuelis imperatoris neptem, alium Ioannem Cantacuzenum Isaaci Angeli sororem in matrimonio habuisse. Natus est Byzantii. Patrem a natalibus modeste praedicat lib. 3. cum dicit, οὐ γὰρ τῶν πολλῶν εἷς, non erat unus e multis, seu vulgaris: et alicubi matrem suam Syrgiannis appellat *ῥείαν, materteram, seu amitam, seu demum cognatam suam* (liberius enim hac voce utitur, ut docebimus); quam quidem feminam ex libro primo, haud longe ab initio, scire licet ad imperatores genus retulisse. Puer adhuc patrem amisit: qui anno aetatis primo supra vicesimum, praefecturae suae Peloponnesiacae octavo, in eadem peninsula decessit. Mater dicta est Theodora: cuius avunculus magnus, id est, aviae maternae frater, Michael primus Palaeologus imperator. Itaque eadem Michaelis soror, et Cantacuzeni proavia. Fuit Theodora mulier prudentiae maioris, quam pro captu sexus, et tractationi rerum gravium atque magnarum idonea, quam Gregoras recte his verbis celebravit lib. 11. *Quam assestricem coniugi imperator reliquerat, senatoria matrona, et gravitate morum conspicua, et singulari prudentia ornata, ac in rebus dubiis praesenti consilio instructa.* Eius indignissima vexatio propter filium, et mors lacrymabilis lib. 3. cap. 22. 26. 36. exponitur. Nicephori Cantacuzeni, et Manuelis Tarchaniotae, illius patruelis, huius consobrini, aut ex sorore nepotis lib. 2. cap. 8. meminit. Ioannem Angelum *ἑξάδελφον*, et *ἀνεψιὸν* similiter appellat, et ex eadem radice prodiisse scribit. Mentio autem sororis est lib. 3. cap. 26.

Coniugem habuit Irenen, Andronici Asanis viri illustrissimi, magni ducis, et cum Andronico seniore cognatione coniuncti filiam. Fuit enim Asanes e sorore Andronici natus. Ex ea sustulit liberos sex, mares tres, feminas totidem. Illis nomina fuerunt, Matthaeus, Manuel, Andronicus. Atque hic postremus vix duodecimum attingens annum, cum avia paterna in custodiam datus, postmodum pestifera lue per id tempus grassante interiit: reliquorum opera domi bellicae multum usus est pater. Uterque ornatur laudibus lib. 3. cap. 28. Matthaeus Demetrii despotaë, filii Andronici maioris natam Irenen uxorem duxit: quae filios ei peperit duos, Ioannem et Demetrium: filias ternas, quarum primogenitae inditum nomen Theodoraë. Matthaeum pater imperatorem renunciavit, deditque id precibus praesertim exercitus: quem tamen Ioannes Palaeologus heres legitimus imperio abire coegit. Manuelli filiam Syrgis (fuit hic Cypriorum rege procreatus) despondit. Sed id connubium Syrges ante nuptias rescidit. Post Liberus, Triballorum dynastarum potentissimus, filiam suam eidem Manuelli desponderi cupit, et despondetur, ut est libro 3. cap. 48. Hactenus de maribus. Puellarum trium nomina sunt Maria, Theodora, Helena. Primam Nicephoro Ducaë, Ioannis Despotaë filio, Acarnaniae principi, nondum septennium egresso pactus est. Alteram Orchani Persae, seu Turcae potius, Bithyniae domino tradidit: cuius opibus rem suam saepenumero sustentavit atque constabilivit. Postremam cum Ioanne Palaeologo imperatore, annorum quindecim adolescente, coniunxit, quem laudat lib. 4. cap. 1. Ex eo matrimonio Andronicus, Manuel, Ioannes, Demetrius filii, et Irene filia propagati sunt. Suam cuique trium filiarum peculiarem laudationem impertit, Theodoraë lib. 3. cap. 95., Helenaë eodem libro cap. 34., Mariaë, quae adversis casibus propter nequam maritum iactata, tandem eo occiso cum matre monacham Byzantii egit, lib. 4. cap. 43.

Principio Andronici avi cubiculi sacri praepositus fuit: deinde Andronici nepotis (cuius videtur coevus) magnus domesticus. Thraciam praefectus seu praetor gubernavit. Fuit item princeps militiae imperatoriae, sive copiarum dux summus. Auctoritas eius, potestas et existimatio incredibilis: ita,



ut eo inconsulto aut refragante nihil gereretur, ipseque administraret omnia: et esset non quidem vocabulo (nam id una cum habitu, licet non semel ab Andronico invitatus et enixe rogatus, constanter fugit) sed opere ipso imperator. Lege cap. 9. lib. 2. Quo defuncto, procerum ac militum votis Didymotichi obsecutus, itemque aliis de causis (quas profert, dum affectatae tyrannidis suspicionem a se depellit: depellit autem saepissime ac disertissime, et tam verisimiliter, ut nihil desideres) purpuram et tiaram induit. Adrianopoli a Lazaro Hierosolymorum, rursum Byzantii ab Isidoro patriarchis coronam imperialem solenni ritu accepit. Quam beate vixerit, in quantis cuiusque modi opibus, in quanta hominum admiratione et gloria, ipse clarissimis verbis lib. 3. cap. 53. et 78. edôcuit.

In militari disciplina, socio Syrgianne, magistro Angelo usum se narrat: in qua deinde per exercitationem lectionemque longe admodum processit, talisque prorsus extitit imperator, qualem M. Tullius in Pompeiana depinxit: siquidem in eo quoque illa quatuor, quae in summo imperatore inesse debent, enituerunt, scientia, virtus, felicitas, auctoritas. Talis item, qualem in Strategico gravissimus praeceptor militaris Onosander describit cap. 1., castus, temperans, sobrius, frugi, laboriosus, intelligens, minime avarus, nec iunior, nec senior; filiorum pater, dicendi peritus, gloria illustris. Qualem praeterea de bellico apparatu cap. 2. Leo imperator. Linguam Latinam calluisse inde coniecturam capio. Etenim res Romanorum imperatorum (ut nos Romanos imperatores appellamus, hoc est eorum, qui in Italia et Romae vixerunt) aliquoties in medium adducit, quas forsitan apud historiae Augustae scriptores legit. Et Arego monacho Sabauda quaedam Graecae scripta non intelligenti, interpretatur lib. 3. cap. 84. Si quis auditione tantum Romanorum facta accepisse, et Graeca illa Italice monacho interpretatum esse credere malit, cum eo non contendam: et ita nomine Latinae linguae, cuius se scientem quodam loco affirmat, quaque praesidiarios Italos alloquitur Constantinopoli lib. 4. cap. 54., Italica intelligenda erit: sicut per Latinos Itali et alii non Graeci. Persice quoque, sive Turcice nosse se lib. 4. cap. 10. affirmat. Artem didicisse oratoriam, eloquentia ipsius omni praedicatione digna, et in

tam praeclaris orationibus totaque scriptione se exerens, demonstrat. Sane quod M. Tullius de Pompeio, idem ego verissime de hoc viro, paucis immutatis, usurpavero. *Quantum consilio, quantum dicendi gravitate, et copia valeat, in quo ipso inest quaedam dignitas imperatoria, vos ex hisce libris saepe cognoscetis.* Oppida complura, quae armis resistebant, oris sui facundia subegit: ut quod Cyneas legatus Pyrrho Epirotarum regi, hoc idem paene Andronico imperatori Cantacuzenus fuerit. Et cum oratoris sit historiam scribere, si qua alia, haec sine controversia oratorie, hoc est prudenter, disposite, diserte, nec invenuste scripta est. Poetas diligenter legisse, Homerum praecipue et Euripidem, crebrius ex iis prolati versus docent. Sacrarum litterarum scientia non parum imbutum, tot loci apposite inducti argumento sunt. Sed id ex libris aliis sole clarius est, quos nempe contra Mahometanos et Iudaeos edidit. Fertur insuper in quinque priores ethicorum Aristotelis Paraphrasin conscripsisse. Haec de studiis et litteris eius,

Quod ad mores et virtutes attinet, veritatem amavit, ut qui maxime, idque toties testatur ac profitetur. Eius prudentia e dictis, maximeque e consiliis egregia semper et memoranda perspicitur: digna profecto, cui vel maius committeretur imperium. Fortitudinis, magnanimitatis, ac patientiae est, quod nusquam ferme abest ab exercitu, manuque sua in hostem pugnat viriliter: nec voluptatibus indulget, et adversis casibus non frangitur: iniuriis (potissimum ab Apocaucho, cui tantopere benefecerat, illatis) non succumbit: et invidiam aequa mente sustinet. In bene de se merentes unus omnium gratissimus: quam virtutem in aliis etiam amat, et ideo nulla propemodum pagina gratiarum actionibus vacat. Ad moderationem, continentiamque pertinet, quod imperii communionem sibi ab Andronico etiam quartum delatam, recusat. In amicitia colenda constantissimus, Andronicum minorem praecipue, et Amurium Persam Ioniae Satrapam sive principem dilexit, fuitque vicissim ambobus supra quam dici potest charus et iucundus. Dilexit eum etiam vehementer e proceribus Tribalorum opulentissimus quidam Liberus, ut est lib. 3. cap. 42. Beneficentiam ac liberalitatem coluit mirabiliter, et in exerci-

tam de suo sumptum, imperatore vivo mortuoque, saepius fecit: castella et oppida sua pecunia refecit et instauravit, eisdemque imperatori funus amplissimum sua impensa curavit. Aurum quod habere gratis poterat contempsit. Pacis et concordiae quis illo cupidior? Quis barbaris et idololatriis inimicior? Non potest pro dignitate collaudari huius praestantissimi principis admiranda lenitas, et ad deponendam offensionem veniamque tribuendam suspicienda facilitas, beneficiorum altissima recordatio, et in gratius agendis commemoranda sedulitas. Omnia his libris gratiarum actionibus referta sunt. Summa praeterea in negotiis procurandis diligentia, et vigilantia, animique religio. Monachismum quantis praeconiis, Deus bonae, et quidem toties, cohonestat? ac tandem ipse in Manganense monasterium prope Constantinopolim se ultro ac libeas includit, cum imperium retinere potuisset, ut videbis lib. 4. Tantum abest, ut eo ipsum Ioannes Palaeologus victor compulerit, quod quidam huius nostrae historiae funditus ignari negantur. Coniux porro Irene in monasterio, a Martha Michaelis primi Palaeologi sorore constructo, monacham induit. *Ῥωμαίων* tu quidem, *ἀλλ' οὐ Ῥωμαίων βασιλέα*, laudas, inquis. Ego vero etiam Agesilaos, Alexandros, Iulios, et Pompeios, ethnicos et idololatrias, saepe laudavi: et virtutem vel in hoste amabilem, eiusque exempla a quocumque, et qualicumque sumenda nobis esse confirmo. Est enim eadem semper, nec eius splendor immortalis cuiusquam sordibus potest obslescere.

Incredibile memoratu est, quantae eius copiae, facultates, quanti pecuniae thesauri fuerint, de quibus variis locis ipse confitetur, et ego virum gravem vanitatisque infensissimum, ad haec etiam religiosum, mentiri non puto. Insulas, oppida, castella in opibus suis recenset. Pecuniam sane, quam Byzantii, et in aliis urbibus per Thraciam apud amicos depositam habebat, nec ipsi, qui eandem diripuerunt, inimici, quam magna esset, pro certo novisse potuerunt. Tritici, hordei, frugum, fructuumque infinita illi copia, innumerabiles acervi. Bovum pascualium numerat quinque millia, aratorum iuga mille, equas pascales mille quingentas, camelos ducentos, mulos trecentos, asinos quingentos, porcorum quinquaginta,

ovium septuaginta millia. Ut iam non sit, cur greges et armenta illius Iob miremur. Verum ista apud urbes Thraciae non unam, sed plures possedit. Vide lib. 3. cap. 24. ubi ait, sibi toto imperio Romano sparsas, easque immensas copias atque opes. Et 31. et 36. E suppellectili aurea et argentea supra ducenta vasa mutuo dat palatio, capite vigesimo quarto.

---

ELOGIA.

Lib. 1. cap. 58. Andronicus senior eius prudentiam in dando consilio admiratur, seque in illo avi materni imaginem intueri asseverat, qui tam celeriter arripuisse, tam apte explicasset, et promptissime transegisset, quae res postulasset, ut statuerit, si absque successore ex se nato moreretur, suadere proceribus, illum ante alios imperatorem eligendum. Animadvertis igitur, Cantacuzenum imperio dignum iudicatum, si avum eius iudicavit, cuius in ipso expressum se intueri simulacrum confessus est.

Gregoras libro nono de eodem. *Ceteri illa mutatione velut multo mero ebrii insolenter fortuna sunt abusi. Ille contra naturali prudentia et magno ingenio ornatus, se ad veterum praestantium virorum mores conformabat et magnificentia morum et animi liberalitate. Et cum tunc res ei feliciter successissent, fortunam non lacessivit, neque immodice supercilium arrexerit: sed retenta animi gravitate, intra modestiae limites immotus mansit.*

Rursum lib. 10. *Hac oratione confirmati, omnes strenue ac fortiter hostes invaserunt. Inprimis vero magnus domesticus Cantacuzenus, qui multis ensibus, multis telis hostium petitus atque impulsus, ipse quidem plurimos hostes prostravit: sed neque clypeo, neque gladio amisso, incolumis e praelio evasit, velut agglutinator atque infixus equo.*

Et libro undecimo. *Adeo magnorum operum ingeniosa effectrix magni domestici taciturnitas extitit. Nam aliorum quidem verba umbrae tantum sunt operum, simul atque e lingua prodierint, morientes: viri autem huius etiam silen-*

*tium magnas res gerit. Nam ingenii magnitudine et solertia vir ille excellit, revera profundo mentis sulco fruens.* Haec Gregoras de Cantacuzeno sive amicus adhuc, sive ab ipsamet veritate coactus: nam postea evasit inimicus, ut ex libro quarto constabit, et nos supra in praefatione ipsis Cantacuzeni verbis id docuimus.

Lib. 3. cap. 52. a Cabatze Triballo, viro principe, oculus Romanorum vocatur. Eundem magnifico praeconio extollit in epistolis ad papam Romanum, et Delfinum Viennensem Bartholomaeus legatus, libro quarto capite secundo.

---

---

I A G O B I P O N T A N I

*dignitatum ac functionum palatii et ecclesiae  
Constantinopolitanae, quarum historicus noster  
meminit, ex Curopalata et eius scholiaste,  
potissimum: explanatio.*

*Δεσπότης, Dominus.* Haec appellatio imperator, filiis eius, fratribus et generis tribuebatur generatim. Proprie ab imperatoria maiestate secundus sic dicebatur, quem recentiores etiam *σεβαστόν* vocarunt. Hoc enim semel notare convenit, imperatores illos Orientis multos titulos honorarios ad suos sibi devinciendo excogitasse. In Gallis olim proximus a rege maior domus nominabatur. Graecorum imperatorum exemplo se quoque despotas vicini principes dici voluerunt, praesertim Bulgari et Servii. Qui interdum in Graecorum historiis regio quoque titulo censentur, cum pro despotis Crales et uxores pro despoenis Crales appellatur; hoc quippe sonat nomen barbarum. Sic a Cantuzeno Acarnaniae et Aetoliae principes despotae dicuntur. Verum noster historicus Constantinum Andronici filium despotam vocatum scribit, qui post Michaellem fratrem genitus, per cuncta secundas obtineret. Infantem vocant Hispani. Observanda igitur alia notio. Monebimus in Annotat.

*Παρακοιμώμενος, subaudi τοῦ κοιτῶνος, cubiculi, Accubitor cubiculi* ad verbum, id est sacri cubiculi seu excubiarum sacri cubiculi praefectus, principi seu imperatori a cubiculis, aut praefectus excubitorum et custodum sacri cubiculi. Caput est puerorum, qui in coetone sunt, et cubiculariorum, habens etiam sibi subditum procubitorem sacri cubiculi. Ita Curopalata. Magnum cubicularium aliqui vocant. Leunclavius Pandecte historiae Turcicae seu ad Annales Turcicos: *παρακοιμώμενοι* sunt intimi cubicularii, qui augustalibus in cubiculis et ipsi propter imperatores dormiebant. Tale nunc officium est apud Turcarum Sultanus eius cubicularii, qui Thiodar aut Trohadar appellatur. Is enim et intra Sultani cubiculum noctu excubias agit et pluviam Sultani vestem gestat, ut *παρακείμενος*, quae scaramangium vocatur. Ac norunt omnes, qui Portam viderunt Osmanicam, non Sultanus modo comitari cubicularium, qui sereno quoque caelo scaramangium eius gestat; sed omnes etiam quotidie Bassas et Begos, quotiescumque per urbem ad portam equi-

tant, habere pedisequum unum, qui vestem huiusmodi portat, ceteris superiniiciendam vestimentis, si aëre mutato forte pluat.

*Μέγας δομέστικος, Magnus domesticus.* Varia eius officia apud Curopalata vide variis locis. Nomen domestici ad plures dignitates pertinebat, quae adiuncto discernebantur, ut cognosces, e quibus magni domestici praecipuum extitisse, nomen ipsum *magnus* significat.

*Πρωτοστράτωρ, Protostrator.* Absente magno domestico fert imperatoris spatham. Cum itaque imperator est conscensurus equum, comite equorum imperatoris adducente et tenente equum, postquam ascendit imperator, protostrator prehensens freno deducit equum ad quartam aut quintam usque partem aulae palatii. Deinde recipiens eum magnus chartularius, deducit freno ad portam usque aulae. Similiter etiam facit, cum imperator pedibus iturus est, agens videlicet a porta equum ad eum usque locum, quem ante diximus: ex quo iterum recipit eum protostrator, agens ad eum usque locum, ubi imperator pedes esse solet. Quod si forte protostratorem abesse contigerit, hoc facit a principio usque ad finem magnus chartularius. Paulo post: Protostrator etiam est defensor cursorum. Cursores hoc loco sunt, quicumque nulli agmini aut signo militari adscripti sunt, sed ipsi castra prosequuntur ultro, expectantes dum accensi fiant. His enim neque ordinem retinentibus, neque flammeolum (signum militare est, Latina origine, a colore dictum) suum, sed inordinate quodammodo dissolutis, protostrator ipse subsequens, defendit ipsos, si forte bello opprimantur. Propterea enim protostrator etiam appellatur, quod toti ipsi στρατῷ, id est exercitui praeceat et consistat primus. A cursoribus autem omnes res varias, quae futilia nominantur, moris est protostratorem accipere. Nomine *φντιλίων*, futilium, (est enim Latinum vocabulum,) significantur quaecumque res, quae per se nihili sunt aut nihil ad rem militarem faciunt, denique impedimenta belli certissima, nisi avertantur. Nam haec cursores commodius comportant quam milites, quia non haerent signis: et audacius colligunt, quia se legibus non teneri putant. Quamobrem protostratori potestas data est futilia ista auferendi.

*Μέγας κοντοσταύλος*, qui Gallice *Conestable*, Italice *Conestabile*, Latine *Comes stabuli*. Ubi si stabulum pro equi accipias, erit Comes stabuli, vel qui praeest omnibus copiis equestribus: vel qui praeest equitatu imperatoris aulico. Apud recentiores Graecos est dux copiarum auxiliarium, quae ex Gallia, Sicilia, Italia, facturae stipendia orientem petebant.

*Μέγας λογοθέτης, Magnus Logotheta.* Cancellarium Latine vocari *λογοθέτην*, ait Nicetas lib. 7. Munus magni logothetae his verbis Curopalata describit. Disponit mandata et bullas aureas, quae ab imperatore mittuntur ad reges, Sultanos et To-

parchas. Atque hoc quidem proprium est magni logothetae ministerium. Quod autem ad rem domesticam, ipsius est efficere, quod imperator mandaverit. Addunt alii esse etiam libellorum magistrum, archivi praefectum, aut tale quippiam. *Λογοθέτης* exponitur a quibusdam magister rationum, qui expensas et redditus computat, oeconomus sive procurator, quod magnum erat officium et politicum.

*Λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ, Logotheta castrensis, Zahlmaister, Pfennigmaister, Gallice Thresorier du camp.*

*Καβαλλάριος, Caballarius. Καβαλλάριον* equestrem imperatoris comitatum nominat Curopalata. Ex Italico ducta vox, quae ipsa a Latina voce manavit. Huius ergo comitatus praefectus Caballarius dici videtur.

*Μέγας παππίας, Magnus Pappias*, id est, magnus patriculus, summus ille iudex, ad quem commentarienses de personis reorum et numero, de qualitate delictorum, de clausorum ordinibus referre debent. In hanc sententiam accipio nomen Pappiae apud Zonaram, ubi de eo agitur, qui Michaeli Balbo adiutor fuit, ut Leonem Armenum e medio tolleret imperioque potiretur.

*Μέγας στρατοπεδάρχης, Magnus castrorum praefectus.* Est curator earum rerum, quae exercitui sunt opus, videlicet alimentorum, instrumentorum et necessariorum omnium, *Proviandmaister*. Exponitur etiam, princeps exercitus, ut sit idem quod *στρατιάρχης*: nam *στρατοπέδον* aliquando pro *στρατός* ponitur.

*Πρωταλογάτωρ, Summus equitum praefectus.* Voce enim *ἄλογον* Graeci recentiores equum aut iumentum significant, facta ex *ἄλόκον*, a verbo *hálac*, quod orientalibus erat, *ire*: quia maximus et praecipuus iumentorum usus ad commoditatem itinerum. Turcae etiam hodie nuntium seu viatorem appellant *hulac*. Ex *ἄλόκον* igitur *ἄλογον*, id est, brutum, κατ' ἐξοχήν iumentum aut equus, ut Itali dicunt, *la bestia mia*, pro equus meus. Ex *ἄλόγον* fit *ἄλόγιον*, equitatus seu equorum equitumve numerus. Praefectus *ἄλογάτωρ*: summus praefectus *πρωταλογάτωρ*.

*Σεβαστοκράτωρ, Augustimperator.* Tertia dignitas ab imperatore, Caesariana praestantior. Dum imperator βασιλεὺς, σεβαστός, Καίσαρ dictus est, uno eodemque omnes hos titulos obtinente, dignitates officii ac non titulis aestimatae sunt. Postea vero imperatores luserunt titulis, et honoraria dignitatum nomina sine officiis impertiti sunt arbitrato suo, ut Curopalata his verbis declarat: Despota, Sebastocrator, Caesar ad nullum ministerium tenentur, nisi ad summum aliquem principatum instituuntur, puta aut regendo imperio, aut gerendo bello: cuius rei exempla sunt apud Nicephorum Gregoram quam plurima.



Ac primum quidem Caesar fuit secundus ab imperatore (ut hodie rex Romanorum est in occidenti imperio) et obtinuit hoc ad Alexium Comnenum usque: postea Sebastocrator secundus est habitus, et Caesar tertius esse coepit, cum Alexius Comnenus Isaacium fratrem Sebastocratora diceret; auctor Zonaras. Postremo despotes sive dominus ab imperatore secundus est factus, nempe Alexius Palaeologus, cum idem Comnenus filius maribus carens, Irenem filiam suam primogenitam Alexio huic despondit eumque titulo despotae, id est, domini, ornavit, futurum nempe heredem imperii, nisi morte sublatus esset, teste Gregora lib. 3.

*Πρωτοψάλτης, Princeps seu primus psallentium.* Ecclesiasticum nomen est, de clero palatii. Forsitan magister chori aut simile quiddam.

*Δομῆστικοί, Domestici.* In iure appellantur domestici omnes adiutores sive administri legitime instituti a iustis functionum principibus in palatio, aut in foro, aut in ecclesia. In palatio, ut magnus domesticus, domesticus mensae, domesticus scholarum, domesticus murorum, domesticus regionum etc. In foro, ut domestici iudicum, administri. In ecclesia, ut domesticus chori, domesticus ianuaram etc., quorum omnium functio *δομῆστικίσιον* sive *δομῆστίσιον*, id est, domesticatus, dicta est.

*Ραιφερενδάριος, Referendarius.* Ecclesiasticae dignitatis nomen, Latine Relator, qui allegatur ad imperatorem et sacerdotem maximum.

*Πανηγυρῶν βασιλεύς, Augustissimus omnium.* Ab Alexio Comneno titulus inventus, ut Michaeli Taronitae gratificaretur, quod scribit Zonaras tomo 3. sub finem. Superior erat omnibus, etiam ipso protovestiarario, magno duce, magno domestico etc.

*Πρωτοβυστιάριος, Protovestiararius.* Huius officium sic describitur. Ascendente igitur imperatore, ut declaratum est, ad oratorium, Protovestiararius, qui pilaticia, quae imperatoris prospectum obtegunt, aut scepra iudicialia tenet, ut in altum subvecta sunt, dextra manu sua educens ea, e prothyro ostendit populo, demonstrans hoc signo, ascendisse imperatorem in oratorium. Hic autem in oratorio, si imperator aut suum ipsius stemma aut aliquod aliud gestamen suum gestaturus est, Protovestiararius, inquam, sumit illud a ministris rucharii et imperatori tradit: neque id solum in tempore eiusmodi festorum dierum, verum etiam semper ita facit. Id vero etiam proprium et singulare habet, quod si quid alienum viderit, aut lutum, aut quid aliud ad imperatoris vestem, deponens ille umbellam aut tegmen capitis sui, extenta manu tollit, aut purgat illud non rogatus. Ex omnibus vero aliis principibus nemo auctoritatem habet faciendi istuc, sed ille solus. *Pilaticia* est opus e margaritis cum fimbria, in longitudinem minus spithama, in latitudinem autem palmo, quae rex Medorum gestabat similiterque

*Cantacuzenus.*

iudices, quemadmodum olim duces exercitus gestabant torques, honorem ipsorum demonstrantes. τὸ ῥοῦγγον suprema vestis, species vestis et Germania apportata, unde Germanicum nomen retinuit, *Rock*. Hinc ῥουγαρεῖον vestiarii speciali nomine a Curopalata appellatur, quia latius patet nomen vestiarii apud recentiores Graecos. *Protovestiarius*, ut agamus dilucidius, regio vestitui praeerat, quod hodie cubiculariorum videtur munus. Saepe rebus maximi momenti adhibebantur, et res per eos non vulgares gerebantur, ut in Lecapeno et Leone Basilii F. Credendi videre est. In Constantino Romano F. protovestiarii dignitas proxima a domestico scholarum et accubitore, biglae drungario, superior ostenditur. Inveni, qui scriberet, Protovestiarium fuisse thesaurarium seu thesauro praefectum, quia βεστιάριον aearium vocetur seu thesauri repositorium, ταμιεῖον. Quod ego quidem in aliquo vel auctore vel glossario nondum legi.

*Δικαιοφύλαξ*, ad verbum, *Custos legum et iuris*, de quo magistratu nihil habet Curopalata.

*Λογαριάστης*, *Logariastes*. A Curopalata additur, τῆς αὐλῆς, aulae seu palatii. Rationes init omnium stipendiatorum, qui in aula sunt, si quid deest ulli de stipendio eius, aut ad servitium eius, cuius causa stipendia facit. Apud Nicetam et φροντιστῆς καὶ λογιστῆς. Valere putant idem, quod quaestor aut receptor generalis, aut quod Germanis est *Kammermaister*. Inde clarum quis μεγαλογαριάστης.

*Ἀποκρισιάριος*, *Apocrisiarius*. Sic iurisoconsulti Graeci eum nominant, qui legationibus audiendis referendisque ad imperatorem et responsis ab eo dandis constitutus est.

*Χαρτοφύλαξ*, *Praefectus Chartis*. Qui tabulas habet chartaceas, ad iura ecclesiae pertinentes, chartarum custos, qui privilegia et similia asservat, praefectus scriniorum, iudex idem causarum ecclesiasticarum et quaestionum matrimonialium, defensor in clericorum caussis, veluti manus summi sacerdotis dextra. Hinc μέγας χαρτοφύλαξ.

*Δομέστικος τῆς τραπέζης*, *Dapifer*, aut simile habens officium, ut suspicor.

*Δρουγγάριος*, *Drungarius*. Δρουγγάς seu δρουγγός orientale nomen, coetum hominum una commeantium significans, et coetus illius princeps vocatur Dargon vel Dorgon, ex quo Drungarius, facta epenthesi τοῦ ν pro γ geminato. Quidam vocant tribunum militum. Drungus globum significat, ait Turnebus libro vigesimo quarto capite vigesimo quinto. Vopiscus in Probo: Triumphavit de Germanis et Blemis, omnium gentium drungos, usque ad quingenarios homines ante triumphum duxit. Vegetius libro tertio capite decimo sexto: Scire debet dux hostium, contra quos drungos (male scriptum drunos) hoc

est, globos hostium quos equites oporteat ponere. Hinc Drungarius biglae, Drungarius classis, qui praesunt globis vigiliam et classiariorum. De hac voce Leunclavius in Pandecte ad annales Turcos: Dico, Turcis Agelarios esse sua lingua, qui Graecis erant vel Drungarii, vel Druncarii potius. Eos Leo Sapiens Augustus in Libro suo de apparatus bellicis capite 3. num. 42. 43. 45. olim dictos fuisse tradit Chiliarchos, quod militibus mille praessent: et druncum chiliarchiam. Latini Chiliarchos vocabant tribunos, qui nunc colonelli sunt. Druncum (sic enim pronuntiabat Zygomas, et Druncarium, non Drungum, vel Drungarium, quod vulgo fieri solet) sic appellatum arbitror a trunco sive baculo sive sceptro: quemadmodum hodieque regimentum vocamus tam ipsius tribuni baculum (vitem dixere, puto, Romani) quem ceu magistratus insigne gestat, quam illum signorum militumque numerum, qui ad constituendum regimentum requiritur. Ideoque truncus est regimentum militum, cuius caput est Druncarius, olim Tribunus, nunc Colonellus aut regimenti praefectus.

*Μέγας ἑταιριάρχης, Magnus sodalitates princeps.* Antequam e cella sua imperator exeat, protovestiarites adest in triclinio cum magno hetaeriarcha et primicerio aulae. Postquam vero egressus est et constitit imperator, egrediens protovestiarites accersit honoratissimos principes ad circumstationem. Lege cetera. Et infra: Hic vero excipit etiam perfugas advenientes ex omni parte, ac propterea etiam hetaeriarches nominatur, velut *ἑταίρους* sive amicos excipiens.

*Βάραγγοι, Barangi.* In festo occursus (purificationis) discedit imperator in Blachernarum templum, Barangis quoque sequentibus. Atque hi quidem ubique imperatorem equitantem prosequuntur, ferentes humeris secures suas. Erant ergo custodes, satellites aut stipatores imperatoris bipenniferi: eorum praefectus ante illos imperatorem sequebatur et ideo *ἀκόλουθος* dicebatur.

*Πιγκέρνης, Pincerna,* a poculis. Quod si imperatorem oportet bibere, pincerna ministrat illud: ac non diebus festis solum, verum etiam semper imperatore cibum sumente miscet, si praesens est. Ac veteri quidem more hic extra civitatem imperatorem sequens ferebat poculum castrense, catena vinctum: ut si eum opus esset bibere, ex fonte aut fluvio daret ac beret. Hoc autem in praesentia non fit.

*Ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης, Mensae praefectus.* Serviebat etiam imperatori ad mensam. Praebeat missum magnus domesticus primus proxime imperatorem: post eum domesticus mensae; tunc praefectus mensae, et quae apud Curopalata sequuntur.

*Δομestικός Θεμάτων ἑσπερίων, Domesticus thematum occidentaliū.* Quae florente adhuc imperio Romano *τάγματα*

sive legiones dictae, postmodum imminuta Heraclii temporibus Romana potentia et truncato imperio, *Θεμάτων* nomen acceperunt, carentes iam veteri amplitudine sua. Vide libellum Constantini Porphyrogenetae de thematibus sive de agminibus militaribus per imperium orientale distributis. Hic praefectus huiusmodi agminum per occidentis urbes distributorum intelligendus est.

*Μέγας Διοικητής*, *Magnus administrator sive procurator*. Nihil de hoc Europalata.

*Μέγας Δούξ*, *Magnus Dux*. Quemadmodum magnus domesticus princeps et caput est ad universum fossatum, (quid sit *fossatum*, suo loco explicabitur,) sic etiam hic ad universum mare. Ac ceteri quidem principes aliis rebus instituti ut capita, praefecerunt consuetum imperatoris flammum, aut exercitus flammum cum ignitis telis. Magnus dux contum praefert imperatoris insidentis equo. Habet autem subiectos sibi magnum Drungarium classis, Ameralium etc. Vide Europalatam et scholiasten.

*Πρωτοσέβαστος*, *Primaugustus*. Nullum ministerium habet, quia non functio est palatio militans, sed dignitas honoraria, quam non ministerii aut ordinis necessitas facit, sed imperatoris *εὐδοκία*.

*Μέγας Χαρτουλάριος*, *Magnus chartularius*. Equum imperatore a protostratore susceptum, etc. Vide quae supra in protostratore dicta sunt. *Stallmaister* Germanis dici putat scholiasta. Zonaras in Leone Isauro, tomo tertio Annalium, posterioribus temporibus τὸν τῶν βασιλικῶν ἱπποκόμων ἐπιστατοῦντα appellatum tradit.

*Πριμικήριος ἀδῆς*, *Aulae primicerius*. Habet quidem in circumstatione administrationem, qualem ante diximus, ordine vero collocat etiam omnes, qui in aula sunt. Ut enim princeps quisque suum et constitutum locum ad circumstandum habet: sic etiam ordines, qui in aula sunt, singuli proprium suum locum obtinent.

*Πρωτοκυνηγός*, *Venatorum princeps, Jägermaister*. Imperatore conscendente equum, nemo alius praeter hunc stapiam tenet, cum praesens est. Praeest vero iis venatoribus, qui curatores canum appellantur. Quod si quando imperatoris, cum in venatione est, vestem aliquam sanguine aspergi contigerit, eam hic venator accipit ex beneficio.

*Πραίτωρ δήμου*, *Praetor populi*. Nullam administrationem habet in aula palatina, sed in urbe, et urbanam solum.

**ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ**

**ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Δ.**



# ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

## IOANNIS CANTACUZENI

HISTORIARUM LIBER I.

### PERIOCHA.

*Michael senioris Andronici filius, iunioris pater, filiabus in matrimonio collocatis et filiis parenti ad educandum commissis, ex oriente Byzantium rediens, Adrianopolin, deinde Thessaloniam ab eodem transmittitur: ubi de morte filii Manuelis certior factus, prae luctu acerbissimo in morbum labitur, quo etiam hac vita decedit. Senex pater Andronicum adolescentem nepotem, Constantino despota filio suo, Michaelis germano fratre, in imperio surrogato, idque non tam ipsius Constantini, quam Michaelis pueri eidem Constantino ex pellice suscepti, causa abdicare constituit (Cap. 1). Post obitum Michaelis imperatoris provinciarum praesides et magistratus sacramentum novum postulantur, et iuvenis Andronici nomen in conceptione iuramenti praeteritur: solus Cantacuzenus, cubiculi sacri praefectus, ne se scelere contamineat, iurare detrectat: veteri formula iurare sinitur. Tacitus fert iniuriam nepos, quem Syrgiannes vir nobilissimus serio monet, ut sibi consulat; et in eam rem operam fidelem spondet. Ille rem cum Cantacuzeno, qui tum in Thracia praetor versabatur, ut cum amico omnium sincerissimo, prius communicandam censet (2). Dolet is ea necessitate, quam Syrgianni internuntio diserte explanat, calamitatemque in posterum praesentit, et iuvenem in tuto collocandum; aliud nihil, nisi cogantur, incipiendum suadet (3). Christopolis fugae, nepote approbante, deligitur. Cantacuzenus e Thracia Constantinopolin veniens, quid sibi cum Syrgianne convenerit, renuntiat: Apocau-  
chum hominem obscuri generis, sed prudentem inprimis, a quo postmodum diu vehementerque divexatus est, ut patebit lib. 3., Syrgianni gratificans, Andronico commendat (4). Causae dissidii inter avum et nepotem aliae antiquiores offeruntur, prolatisque exemplis, avus nimiae austeritatis et importunitatis insimulatur (5), quam illi per patriarcham Iosephum nepos exprobrat. Avus se excusat. Placatur nepos. Verum haec Michaele adhuc vivente. Quo fati absunto, cum quoddam dictum redigeret ei in memoriam, quo honestius eum hereditaria successione multaret (6), ostendit nepos qua mente dixerit: veniam delictis suis petit; cui Cantacuzenus, ut iustam causam habenti, semet et omnia sua offert. Iterum perjugio*

*Christopolis destinatur (7). Callinicus ad Cralem Triballorum principem de societate legatur. Spondet. Denuo de loco, ad quem salutis tuendae confugiant, deliberatur, et Adrianopolis praefertur. Iniuriae avi in nepotem memorantur. Syrgiannes e Thracia revocatur. Adhuc de loco fugae. Adrianopolis iterum eligitur. Quaerunt, quomodo Constantinopoli impune exeant (8). Protostrator senem in custodiam tradendum, Syrgiannes omnino iugulandum decernit: utrique repugnans Cantacuzenus, in prima sententia, de simplici discessu, permanendum pronuntiat, Syrgianni contra nitenti sapienter occurrit, simulque protostratorem refellit (9). Nepos ab omni crudelitate in avum abhorrens, Cantacuzeno subscribit. Idem Syrgiannes et protostrator faciunt (10), imperatricem Cantacuzenus, qui et magnus domesticus, iunioris imperatoris coniugem Constantinopoli relinquendam sentit. Magnus contostaulus et magnus logotheta Metochites causam nepotis apud avum agunt (11). Ad iudicium arcessitur: protostrator eum comitatur: domesticus supervenit postea: in palatio de servando iuvene sermocinantur. Ternae triremes a Genuensibus amicis instruuntur (12). Nepos magnum domesticum offendens, se desertum conqueritur: quae maxime vult, audit. Citatur de integro ab avo ad iudicium: amicos ad fidelitatem sibi in periculo praestandam hortatur. Cantacuzenus et protostrator omnia pollicentur: ad palatium deducunt (13). Ibi coram episcopis ut superbus et rebellis a senae accusatur. Negat se talem: si facinorum istorum compertus fuerit, vel capitalem poenam libenter excepturum, et avum ut contumeliosum redarguit (14). Amici duo foris clamorem audientes, succurrere parant. Senex quiescit, et nepoti conditiones fert quatuor: ad singulas respondet (15), pedem eius pronus osculatur. Fingit ille se reconciliatum: inani gaudio exultatur. Iubetur in Peloponnesum praefectus abire magnum domesticus; quae iussio quoniam fraudem olebat, quid agat cum sociis consultat. Coniicitur mens senis haec, ut ipsis specie praefectarum distractis, nocere liberius ac facilius possit: non esse salutem negligendam (16). A iuniore ad senem pro impunitate sociorum legatio decernitur, quam Metochites certis de causis obire detrectat. Sequitur frivola domestici excusatio, cur a Peloponneso abhorreat. Obiurgatus ab imperatore, in Thessaliam iubetur proficisci; quam conditionem similiter subterfugere studens dissimulat, et extra urbem milites pecuniamque exspectat. Protostratori Prillapi praefectura mandatur (17). Scriptura ad lectulum inventa, nepos Byzantio decimo tertio Kalendas Maias, comitatus protostratore paucisque famulis, cum canibus et avibus venatoriis, ad fugam tegendam scilicet, egreditur. Adrianopoli comiter accipitur. Hoc intellecto, imperator Tagarim magistrum militiae ad fugitivum reducendum mittere vult: a quo docetur, laborem inanem fore (18). Interdicitur omnibus, ne nepotem nomine imperatoris afficiant, declaraturque hostis, et cum factione sua a piorum communione secluditur. Ab eo deinde pacem senex petit. Legati in discrimen veniunt: et ibi alterius praesens atque inconcussus animus. Benigno cum responso dimittuntur (19). Postridie in concilio pax recusatur, ni senior imperio cedat: datur tamen opera, ut is imminens periculum declinare possit. Exercitus mire avert Byzantium petere, nec ei persuaderi potest, ut libens in occidentem tendat (20). A Sphentisthlabo Moesorum rege insidiae. Lente Constantinopolin pergit iunior, morbum praetexens; senem praemonet, ut sibi caveat. Magnus domesticus ab oppugnatione urbis dehortatur (21). Palaeo-*



loga monacha super induciis rogatum accedit (22). Nepos respondens, se in avum officiosissimum demonstrat. Avus iusiurandum dat, et anathematismum rescindit: irascitur, hominem de infima plebe ad se iuramenti exigendi missum. Factum excusatur (23). Adrianopolin se recipit nepos, eo uxorem evocat. Syrgiannes ad senem deficit: obiectum perfidiae crimen negat (24). Itur infestis signis Byzantium: optimates et duces exercitus ad avum de pace scribunt (25). Xena mater Andronici minoris Thessalonicae a templo avulsa, pro captiva adducitur Constantinopolin (26). Pax petitur. Morbus iunioris, a quo stratopedarcha desciscit (27). Beneficentiae magni domestici, eiusque matris Theodoraе magnanimitas (28). Oppida Apri (29), Garella, Rhaedestum, Sergentzium occupantur, Sacci exuruntur. Stratopedarchae perfidia, Syrmani pastoris fidelitas in dominum et caritas in inimicum admirabilis (30). Nepotis in hostem lenitas. Constantinus despoa captivus in vincula conicitur. Qui Xenae imperatrici manus violentas attulerant, puniuntur. Lemniorum ad nepotem defectio: quem formidantes Persae, deserto avo, cui auxilio veniebant, in orientem turpiter pergunt (31). Poscitur pacem, quam dare cogitat, ita ut ipse, exercitus, urbes, tota imperii administratio penes seniore[m] sint de cetero. Conciones imperatoris, et Cantacuzeni ad principes et duces exercitus (32). Responsum nepotis ad avum de pacis conditionibus (33). Actum gratias et pacem confirmatum Xena ad filium mittitur. Conditiones senex accipit, ad quem salutandum nepos Byzantium concedit: ille obviam se fert. Ibi consuetudo quaedam imperatoria declaratur. Una in urbem ingrediuntur. Die sequenti Deiparae de confecta pace nepos gratias agit. In palatio cum avo degit aliquamdiu: ad eum spectandum frequentes undique concursus fiunt. Didymotichum redit (34). Sphenthisthlabus morbo interit, Tertere filio successore, a quo Philippopolis capitur. Nepos Moesiam incurans, praedas ingentes agit, et Byzantii Syrgiannem in senem coniurationis reum in carcere invenit: in quem, facta licet potestate, sententiam ferre abnuat (35). Moritur Terteres. Complura Moesiae oppida Andronico minori se dedunt: reliqua Boesilas, defuncti regis patruus, sibi asserit. Avi commissu nepos Philippopolin, sed frustra, oppugnat. Machina, cuiusdam Germani opus, depingitur. De Boesilae socii et amici morte falsus rumor (36). Philippopolis fortuito recuperatur (37). Bellum in barbaros decernitur, incassum dissentientibus senioris consiliariis, a quo magnus domesticus commendatur (38). Pax et foedus inter imperatores, et Moesum, quicum iunioris nupta erat soror. Mos Romanorum imperatorum, quo sibi per matrimonia Scytharum satrapas devinciebant. De Scytharum binis in Thraciam irruptionibus, quorum partem Romani trucidant. Cum Scytharum quodam duce nepotis ex altera ripa colloquium (39). Irene coniux diem obit, Anna Sabaudiae comitis filia iuniori ad connubium petitur (40); ipse a patriarcha Isaia solenni ceremonia, quam auctor accurate explicat, coronatur (40). Annae e Sabaudia illustris adventus, quae, Byzantii splendide peractis nuptiis, ipsa quoque corona induitur. Nobiles Sabaudi complures quasi per successionem manent Constantinopoli, et imperatorem iuvenem ludicris artibus instituunt. Persae praedones caeduntur. Imperator pedem sagitta vulneratur. Magni domestici in pugna virtus. Michael Moesorum rex Zernae cum nepote dies aliquot hilares agit. Didymotichum reversus, de avo ab se sine causa alienato nuntium accipit (42). Pankhypersebastus re-

gnum affectat, cui magni logothetae filii student: quorum litterae intercipiuntur, et eorum pater officii sui admonetur. Protovestarius logothetae extrema minitans, a nepote compescitur, et apud avum excusatur. Ambo ingrattissimi inveniuntur, eorumque instigatione bellum recrudescit (43). Nititur senex memoriam iunioris et sacris tollere, cuius patrocinium patriarcha suscipit (44). Avum placare Andronicus conatur, et a bello dehortans, se ad causam dicendam offert. Orat idem per litteras magnus domesticus et in extremis terret, si monita contempserit (45). Responso avi moestus iuvenis, patriarchae, et episcoporum fidem appellat, qui eum in avi gratiam conantur restituere. Mittuntur Rhegium ex tribus delecti ordinibus, qui crimina exponant, eius defensionem audiant, et iudicent (46). Ille avum in odium rapit, sibi benevolentiam iudicum colligit, et sigillatim obiectis respondet. Sequitur oratunculula, qua suam innocentiam adversus criminationem de periurio in foedere violando tuetur (47). Avi et Cocalae litteras contra se profert, quibus ab ipsis foedus violatum convincere contendit (48). Cocalae impudentia. Episcopi damnare accusatum verentur. Respondens avo, de se, ut in eum officioso, praedicat, illum, ut sycophantis credulum, perstringit, pacem pro re publica orat, se subiicit, et ni bene monenti obsecundet, minatur (49). Cocalas acta Rhegii renuntiat seni omnia: reliqui non audiuntur. Eum patriarcha castigans, a iunioris se staturum profitetur. Cum episcopis idcirco habetur sub custodiis. Magnus domesticus et protostrator ad procedendum Constantinopolin nepotem incitant: cui spem reliquam pacis domesticus eripit (50). Rhegio Byzantium iter intendunt. Imperat ei avus, uti se ab urbe amoliat. Marci Caballarii convitium. Memorat, quo officio in avum fuerit, cuius pertinaciam accusat. Selybriae rem publicam ordinat. Rursum nepos Didymotichum rediit. Andronicus Tornices, et Manuel Lascaris pactionis cum satrapis Scytharum suspecti et Thracia exacti (51); quae protostratori cum parte copiarum committitur. In Macedoniam iunior contra hostes abit, Pheris eos provocat. Iis se excusantibus, quo minus postulata praesent, removetur inde exercitus (52). Thessalonicam vocatur: urbe dedita, arx oppugnatur, cui Pherenses eventu infelici subsidium mittunt. Miraculum sancti Demetrii martyris in imperatore. Arx traditur (53). Deliberatur, quo eundem. Probatur consilium magni domestici. Edessa et Berrhoea se dedunt. Ingens occidentis defectio. Duces senioris ad Triballum fugientes, a Pheraeis militibus capti ad nepotem adducuntur. Cum uxoribus eorum benigne agitur (54). Deditio Castoriae et Achridis. Protovestarius cum sociis Triballum ad arma in imperatorem iuniorem sollicitat. Uxoris eiusdem protovestarii mendacium. Domestici in contemptu auri argentique apud protovestarium reperti excelsus animus. Imperatoris beneficentia. Voluntaria agresium Albanorum deditio. Triballorum procerum in dissuadendo bello aequitas. Viae ad fugitivos iuvandos complures (55). Casus eorumdem. Strombitza et Melenicus nolunt se dedere. Protostrator ad fluvium Nigrum seniore vincti: nec laetatur victoriae nuntio iunior. Foedus cum Moeso senex facit; ad urbem iunior accedit, pacem iterum iterumque petit. Duo plebei Constantinopolin produnt (56). Pulcrum exemplum Christianae mansuetudinis Andronicus minor. Proditoribus praemium condignum promittitur. Moesus ad confinia copias adducit. Nepos abire Logos decernit. Quaeritur cur tria millia equitum a Moesis Byzantium missa. Avus monitionem de periculo vilipendit (57). Interrogatur

*Moesus, quid sibi velit cum exercitu. Post confertus minis, iurat se foedus non rumpere, nec contra imperatorem venire: fidei pignus sacram crucem mittit. Ibanem, seu Ioannem, ducem cum equitibus ex urbe revocat. Scalae et alia ad eam capiendam parantur. Die pentecostes Logis progrediuntur: a domestico et imperatore agmen oppugnationi disponitur (58). Extremo capite, quomodo urbs capta sit, et humanitas nepotis erga avum, et patriarchoe e monasterio liberatio describuntur (59). In hoc libro praecipua animadversione digna et tamquam potissima capita haec observanda: varii naturae motus in avo et nepote, ac memorabile exemplum illius in hunc odii, huius in illum observantiae; deliberationes et legationes multas, in quibus multa prudenter dicta; pacis mentio et desiderium frequens et incredibile; assentatorum et sycophantarum studium; ritus coronationis imperatorum; singularis eventus in capienda Constantinopoli; mira commutatio imperatoris senioris in privatum, contra iunioris, privati propemodum et exulis, in monarcham.*

*Nilus et Christodulus ficta nomina sunt; qualia apud veteres in dialogis et epistolis plurima. Christodulus mihi Cantacuzenus est, upote qui curis illustribus defunctus, decursusque vitae palatinae malefidis honoribus, Christo sibi in posterum vacare statuens, nobilem illam servituti amplexus est, quae mera viri sapientis libertas haberi debet. Nilus, a quo se ad scribendum impelli fingit, monarchi nomen, ut cuius obvium est.*

### ΝΗΛΙΟΣ ΧΡΙΣΤΟΔΟΥΛΩ.

Ed. Par. 1

Ed. Ven. 1

**Ε**πειδή σε βούλεσθαι οἶδα μηδὲν τῶν ἡμετέρων ἀγνοεῖν, εἰ καὶ μηδὲν τι γενναῖον ἔχοιμεν λέγειν, ἃ γὰρ ἔνεστι, σιωπῆν οὐ θέμις. οἶσθα τοὺς περιπάτους οὓς ἐκάστοτε μετὰ τῶν φίλων ποιούμεθα, ἐν οἷς πολλὰ, τὰ μὲν σπουδῆ, τὰ δὲ παιδιᾷ προσήκοντα λέγεται. ἐν τούτοις τινῶν τῶν βασιλέων διεξιόντων πόλεμον, ὅπως τε τὴν ἀρχὴν συνέστη καὶ ἤκαυσεν εἰς τοσοῦτον, καὶ τί τὸ πῶσαν τοὺς γενναίους ἀγνοῆσαι τὴν φύσιν, καὶ πότμος αὐτῶν μάχης ἤρξατο, καὶ τίς πρὸς διαλλαγὴν ὄξυτε.

### NILUS CHRISTODULO S.

**Q**uoniam probe scio te res nostras omnes velle cognoscere, etsi egregii nihil sit, quod dicamus: ea quae habemus, nefas est tacere. Scis quotidie una cum familiaribus ambulationes a nobis institui: in quibus multi nobis sermones, partim serii, partim hilares ac iocosi incidere solent. Ibi cum nonnulli de bello imperatorum dissererent, quonam modo primitus conflatum ac tantis postea incrementis auctum, et quid tandem generosas illas animas ad naturam exucendam impulisset, ab utro praeterea belli inferendi initium, et hic, an ille

ρος· οἱ μὲν τὸν πάππον, οἱ δὲ τὸν νεώτερον αἰτίαις ἐνέχεσθαι ἤξιον. ἐγὼ δὲ ἀκούων ἐπλήγην τοῖς λόγοις, ἠμθυμίαν κατε-  
 C γνωκὼς τῶν ἀνδρῶν, οἱ παρηκολουθηκότες τοῖς πράγμασι ἐξ  
 ἀρχῆς, οὐ κατέλειπον τῷ βίῳ τὴν τῶν πεπραγμένων διήγησιν.  
 ἀλλ' ἔστι καὶ περὶ ἐκείνων διπλᾶ λογίζεσθαι, καθάπερ καὶ περὶ  
 P. 2 τῶν Εὐκλείδου φασίν. ἀλλὰ οὐ δίκαιος ἂν εἴης ἀπαλλάττειν  
 πραγμάτων ἡμᾶς, τὰ τε ἐπὶ τῶν βασιλέων τὰ τε ἐφ' ἡμῶν γε-  
 γονότα διδάξας· τὸ δ' ἂν γένοιτο, ἐπιτομωτάτη χρησάμενος  
 σδῶ τι συγγραφῆς, δι' ἧς μόνης ἔξεστι τάληθες εὑρεῖν. καὶ  
 ὅτε γὰρ τὰ κοινὰ διετέλεις πράττων, σωτηρία τοῖς πράγμασι  
 ἦσθα καὶ νῦν σαντοῦ γεγονὸς, ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης παρὰ-  
 B δειγμα τὸν βίον κατέστησας τὸν σαντοῦ. ὡς μὲν οὖν τῶν γε-  
 γονότων καὶ νομιζόμενος καὶ ὢν αὐτουργός, οὐκ ἀγνοήσεις δή-  
 πον τὰ σά· ὡς δὲ μηδὲν τῆς ἀληθείας διὰ βίου πρότερον ἠγη-  
 σάμενος, τάληθες ἔρετς· ὡς δὲ ἠμθυμίαν ἐξορίας παντάπασιν  
 C εἰς ψυχῆς, οὐ λογιῇ τὸν ἐπὶ τῷ πράγματι πόνον. ἔστι δὲ καὶ  
 εἰς παράδειγμα τὴν ἡμετέραν ἱκετείαν ἀνενεγκεῖν. ἂν τε γὰρ  
 τοὺς ἔξωθεν, ἂν τε τοὺς ἡμετέρους ἠγεμόνας ἐνθυμηθῆς, οὐδα-  
 μῶς ἀτιμάσεις τὴν ἱστορίαν. καὶ οὗτοι γὰρ κἀκεῖνοι ἐπὶ τὸ  
 σγγράφειν καθῆκαν ἑαυτοὺς, οὐ μικρὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἐκ  
 20 τοιούτων ὀνήσειν οἴμενοι. καὶ ἀπλῶς δὲ εἶπεῖν, οἱ μὲν ἡθικοὶ  
 τῶν λόγων, ὅσοι ἢ ἀρετὴν ἐπῆνεσαν ἢ κακίαν διέβαλον, καλοί

6. Interpres corrigit ἀπαλλάττειν, sed nil mutandum. ED. P. Immo mutandum erat, quod antea legebatur, ἀπαλλάττων.

ad reconciliationem concordiae propensior fuisset, avum hi, nepotem illi in reprehensionem vocarunt. Qua ego disputatione commotus, eos desidiaē condemnavi, qui inde a primordio singula percepta cum haberent, nullam eorum memoriam posteritati reliquissent. Sed possunt etiam ea in utramque partem disputari, quod idem de placitis Euclidis aiunt. Tu vero idoneus sane es, qui nos hac molestia expedias, quaeque sub imperatoribus illis, quaeque nostro aevo contigerunt, exponens, et quidem summa usus brevitate scribendi, qua sola verum investigari potest. Tu enim et quamdiu publico functus es munere, salus imperii fuisti: et hodie posteaquam decursis honoribus tui ipsius esse coepisti, vitam et mores tuos veritatis ac iustitiae exemplar effecisti. Quando igitur rerum gestarum actor et iudicaris fuisse et vero fuisti, quae tibi acciderunt, ea profecto nescire non potes. Dein, quia in omni vita nihil duxisti veritate antiquius, nihil ab ea alienum memorabis. Ad extremum, quia omnem de mente socordiam fugasti, quid laboris sit ista litteris amplecti, non reputabis. Nec vero primus, nulloque exemplo facturus es, quod abs te contendimus. Etenim sive extraneos sive nostrates belli duces respicis, genus hoc descriptionis minime contemnes. Nam et hi, et illi non parum inde humanae societati consultum iri arbitantes, huc pariter se demiserunt. Atque ut simpliciter dicam

τέ εἰσι καὶ θανατέσθαι δίκαιοι· εἰ δὲ καὶ δυνατόν κατὰ τοῦ· D  
 τους τοὺς ἀνθρώπους βιῶναι, ἐνταῦθα δὴ πολὺς ὁ λόγος, τινῶν  
 ἀξιούντων μὴ δύνασθαι τὰ πράγματα διὰ τέλους συμβαίνειν V. 2  
 τοῖς λόγοις, οἷς δὲ ἐμέλησε πράξεις ἀνδρῶν ἀναγράφειν, ἔξ ὧν  
 5 ἄρετὴν καὶ κακίαν, τὴν μὲν ἔστιν ἔλεσθαι, τὴν δὲ φυγεῖν, τοῖς  
 τοιαύτοις ἀντιλέγειν οὐ πᾶν τοι ῥᾶδιον, ὅτι μὴ λογισμοῖς, ἀλλὰ P. 3  
 πράγμασι πείθουσιν, οἷς ἐρίζειν μανία σαφής· ὡς οὖν τὰ μέ-  
 γιστα ὄνησων τὸν ἀνθρώπινον βίον, ἂν μὴ κατ' ἐλπίδας τὰ  
 παρόντα ἐκβῆ, ἔξ ὧν ἔστι τοὺς τε ἄλλους εὖ ποιεῖν καὶ τὸ  
 10 σαυτοῦ διασώζειν ἡθός, ἑλοῦ.

ΧΡΙΣΤΟΔΟΥΛΟΣ ΝΒΙΛΩ.

V. 3

Ἐπήνεσα σοῦ τὸν τρόπον, ὃ φίλε Νεῖλε, τὴν σὴν ἐπι- B  
 στολὴν ἀναγνούς. τὸ γὰρ μαθεῖν ἐθέλειν ἂ τοῖς βασιλεῦσι Ῥω-  
 μαίων συνέβησαν ἐφ' ἡμῶν, τᾶληθές ἔστιν εἰδέναι ποθοῦντος.  
 15 παραδόξα γὰρ τινα καὶ ἀλλόκοτα συνέβησαν ἐπ' αὐτῶν καὶ  
 οὐδαμῶς προσόμοια τοῖς ἐπὶ τῶν προτέρων βασιλέων, ἀλλὰ  
 πολὺν τινα τὸν παράλογόν ἔστιν εὑρεῖν ἐν αὐτοῖς, ἐν τε ταῖς C  
 ἀγχιτρόφοις τῶν πραγμάτων μεταβολαῖς καὶ ἐν τοῖς τῶν ἀν-  
 θρώπων ἡθροῖς καὶ βίοις, τῶν μὲν εἰς τὸ πάντη εὐσταθές καὶ  
 20 ἀκίνητον καὶ μηδαμῶς εἶκον ταῖς μεταβολαῖς τῶν πραγμάτων  
 ἑαυτοὺς κάλλιστα ἀρμοσάντων, τῶν δὲ τοῦναντίον ἕπαν Εὐρί-

quod sentio, morales commentarii, quotquot aut virtutem efferunt,  
 aut vitiositatem insectantur, egregii sane sunt et admiratione digni:  
 verum, possintne homines ad illorum praecepta vitam exigere, de  
 eo magna quaestio est; censentibus nonnullis, quae sub actionem cad-  
 dant, philosophorum decretis usque ad ultimum non posse exaequari.  
 At quibus cordi fuit res gestas et facta litteris persequi, unde quae  
 honesta sunt ad imitandum eligas, quae turpia, vites, contra illos  
 dicere difficile est; quod non ratiocinationibus, sed rebus ipsis per-  
 suadent; quas impugnare, aperta insania est. Quare ut plurimum  
 vitae humanae commodaturus, si praesentia spem fefellerint, tu ea  
 tibi sumito, per quae et aliis beneficias, et animi ingenium conserves.

CHRISTODULUS NILO S.

Cum legissem litteras tuas, mi Nile, praeclaram indolem tuam  
 amplexatus sum. Nam velle discere quae nostra actate Romanorum  
 imperatoribus acciderint, optantis est veri notitiam adipisci. Admi-  
 rabilia siquidem et inaudita prorsus, superiorumque imperatorum  
 casibus dissimillima eis evenerunt: in quibus praeter opinionem, cum  
 in subitis rerum conversionibus, tum in hominum moribus plurima  
 cernuas, quando hi sese ad penitus inconcussam et immobilem ac nul-  
 lis mutationibus expugnabilem constantiam pulcherrime composuerunt;

που δίκην μεταφερομένων αἰεὶ καὶ ἀστατούντων. οὐ μὴν ἀλλὰ  
 D καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων τὸ βῆθος φανεῖται τῇ βουλομένῃ  
 τοῖς πράγμασι προσέχειν ἐπιμελῶς. τούτου δὴ χάριν ὠκνοῦν  
 ἐπιπολὺ τῶν λόγων ἀψασθαι τουτωνί, τῆς διηγήσεως ἀναλο-  
 γιζόμενος τὸ πολυειδές καὶ ποικίλον· ἐπεὶ δὲ φιλάς οὐδέν5  
 ἰσχυρότερον οὐδὲ πιθανώτερον καὶ τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ἐγχειρεῖν,  
 P. 4 ταύτη βιασθεὶς καὶ γὰρ ἤδη ἄρχομαι λόγον. ὁ δὲ τῆς ἀληθείας  
 Θεὸς μὴ περιέλοι λόγον ἀληθείας ἐκ στόματός μου· οὐ γὰρ  
 ἀπεχθεῖα τινὲ ἢ φιλία, ἐξ ὧν τὸ ψεῦδος ἐπιπολὺ τίκτεται, πρὸς  
 τούτους ὑπήχθη τούς λόγους, ἀλλ' ἀληθείας ἕνεκα καὶ πρὸς 10  
 ἀληθείας ἐραστὴν τούτους ποιούμαι. ἔτι δὲ οὐδ' ἀκοῇ ταῦτα  
 πρὸς τῶν παλαιότερων παρειληφῶς ἢ φήμαις προσέχων καὶ  
 Β. μύθοις ὑγιᾶς οὐδὲν ἔχουσιν, ἐξ ὧν συμβέβηκε τοῖς πολλοῖς τῶν  
 συγγραφέων ἀποπλαγηθῆναι τῆς ἀληθείας, ἀλλ' αὐτὸς ἐφ' ἅπασι  
 παρῶν καὶ ὡς ἔνεστι μάλιστα τῆς ἀληθείας περὶ πάντων εἶπερ τις 15  
 εἰδῶς, οὕτω δὴ ποιησομαι τὴν περὶ αὐτῶν διήγησιν, τὴν ἀλή-  
 θειαν προσθησάμενος καὶ πάσης ἄλλης αἰτίας αὐτὴν προτιμή-  
 σας. εἰ δὲ σὺ μὲν ἀληθείας ἐραστὴς, ἐμὲ τε οὐδὲν ἔστι τὸ  
 C πείσον ταύτης ἀποστῆναι διὰ πάσης τῆς διηγήσεως, ἔχεις ὅπερ  
 ἐπόθεις. ἄξιον δὲ μικρὸν ἄνωθεν ἀναλαβεῖν τὴν σειρὰν τοῦ γέ- 20  
 νους τῶν βασιλέων, ὡς ἂν εἰδείημεν, τίς ἐκ τίνος ἔφν, τίνας τε  
 αὐτὸς τετοκῶς τίνα προέστησε βασιλεύειν, τούς ἄλλους κατα-  
 στήσας τελεῖν ὑπ' αὐτόν.

8. μὴ περιέλοι. Psalm. 118. ED. P.

alii plane secus continenter huc illuc Euripi instar fluitarunt. Quin  
 etiam si quis diligenter his rebus attendere animum voluerit, divi-  
 norum quoque iudiciorum profunda deprehendet. Quare cum propo-  
 sitae narrationis multiplicem varietatem ob oculos ponerem, ecquid  
 me ad scribendum darem, diu in incerto habui. Tamen quia nihil  
 amicitia potentius, nec ad suscipienda vel maiora viribus onera quid-  
 quam efficacius, ideo ego quoque ad scribendum accedo, Deum ve-  
 ritatis antea comprecatus, ne verbum veritatis auferat de ore meo.  
 Non enim odio aut gratia, mendaciorum plerumque parentibus, ad-  
 ductus: sed veritatis studio et veritatis amantibus scribere me pro-  
 fiteor. Ad hoc non ista a maioribus natu didici, aut famae auscul-  
 tans fabulisve ineptis, quibus decepti plerique scriptores a recto iti-  
 nere aberrarunt: sed ipse ego praesens omnibus interfui, singulaque,  
 si quisquam alius, perspectissima habens, ut potero, ea commemo-  
 rabo: veritatemque, tamquam scopum intuens, quacunque alia causa  
 potioem ducam. Quamobrem si tu, Nile, veri pernoscendi es cu-  
 pidus: nihil autem erit quod me per totam narrationem ab eo avo-  
 cet: fiet profecto quod concupisti. Verum paulo supra genealogiam  
 domus imperatoriae iuvat repetere, ut intelligamus, quis a quo pro-  
 creatus, et quorum ex se ipso natorum quem imperio admoverit, rea-  
 liquis filiis huic parere iussis.

Ὁ βασιλεὺς τοίνυν Ἀλέξιος, ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Ἄγγελος, τῷ Θεοδώρῳ Λάσκαρι τὴν θυγατέρα κατεγγυήσας, τὴν βασιλείαν ἀρχὴν παρέπεμψε πρὸς αὐτόν. οὗτος δὲ αὐτὸν πάλιν ἄρξενος παῖδος ἀπορῶν, Ἰωάννη τῷ Βατάτζῃ ἐξ ἀρχοντικῆς τάξεως ὄντι Εἰρήνην τὴν θυγατέρα συνέζευξεν, ἀποδείξας καὶ βασιλεῖα τὸν κηδεστήν. αὐτῷ δὲ Θεόδωρος γεγέννηται παῖς, Ῥωμαίων καὶ αὐτὸς βασιλεύσας. ἐξ αὐτοῦ δὲ γεγέννηται Ἰωάννης, ἐφ' οὗ δὴ τῆς P. 5 βασιλικῆς τοῦ γένους διατμηθείσης σειρᾶς, ἐπὶ Μιχαὴλ τὸν Παλαιολόγον ἢ βασιλεία μετέβη ὅς δὴ παῖδας ἐγέννησεν ἄρξενος 10 τρεῖς, Ἀνδρόνικον, ὃς καὶ τῶν βασιλικῶν ἐπελάβετο σκήπτρων, καὶ Κωνσταντῖνον τὸν ἐν τῇ πορφύρᾳ τεχθέντα, καὶ τρίτον Θεόδωρον ἀλλὰ καὶ Θηλείας τοσαύτας, Εἰρήνην καὶ Εὐδοκίαν καὶ Ἄνναν. V. 4 οὗτος δὲ ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος ὁ τοῦ Μιχαὴλ βασιλέως παῖς, Β θναὶ γάμοις προσομιλήσας, ἐκ μὲν Ἄννης τῆς θυγατρὸς τοῦ τῆς 15 Οὐγκρίας ῥηγός, παῖδας ἐγέννησεν ἄρξενος δύο, Μιχαὴλ τὸν βασιλεύσαντα σὺν αὐτῷ, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Κωνσταντῖνον δεσπότην ὀνομασθέντα, ὡς καὶ μετὰ τὸν βασιλεῖα τεχθέντα καὶ τὰ δευτερεῖα φερόμενον ἐπὶ πᾶσιν. ἐκ δὲ τῆς πρὸς δεύτερον γάμον ὀμιλησάσης αὐτῷ Εἰρήνης, τῆς θυγατρὸς μαρκήση Μουμ- 20 φαρὰ ἄρχοντος Λουμπαρδίας, ἐγέννησεν υἱοὺς τρεῖς, Ἰωάννην, C Θεόδωρον καὶ Δημήτριον, καὶ θυγατέρα μίαν τὴν Σιμωνίδα. ὁ δὲ γε βασιλεὺς Μιχαὴλ, ὁ τοῦ προῤῥήθεντος Ἀνδρονίκου βασιλέως παῖς, εἰς γάμον ἑαυτῷ συναρμόσας τὴν θυγατέρα τοῦ τῆς Ἀρμενίας ῥηγός, παῖδας ἔσχεν ἐξ αὐτῆς τὸν τε βασιλεῖα

13. παῖς. Ad oram ms. ascriptum erat πατήρ, frustra. ED. P.  
15. Zonaras et alii Οὐγγρίαν appellant. Idem.

Alexius igitur imperator cognomento Angelus, filia Theodoro Lascari thalamo sociata, summum quoque principatum ad eundem transmisit. Lascaris sobole virili carens, Ioanni Batatzae, ex ordine procerum, Irenen ex se natam collocavit, generumque imperatorem nominavit. Ioannis satu Theodorus editur, qui et ipse Romanis imperitavit. Is Ioannem creat, in quo intercisa propagatione imperatoria, ad Michaellem Palaeologum regnum transit. Hic liberos sustulit mares tres, Andronicum, qui etiam in imperium successit: Constantinum porphyrogenitum ac tertium Theodorum: filiasque totidem, Irenen, Eudociam et Annam. Andronico igitur Michaelis imperatoris filio duae deinceps uxores fuerunt, quarum prior Anna, Hungarorum regis filia, duos mares ei peperit, Michaellem, qui cum patre imperium tenuit, et Constantinum despotam cognominatum, ut qui post fratrem imperatorem generatus, per cuncta proinde secundas obtineret. Ex altera, nempe Irene, marchionis Montisferrati Lombardi principis filia, trium filiorum factus est parens, Ioannis, Theodori, Demetrii et unius puellae nomine Simonidis. Iam vero Michael imperator praedicti Andronici filius, ducta regis Armeniorum filia, An-

- D' Ἀνδρόνικον καὶ Μανουὴλ τὸν δεσπότην, καὶ Θυγατέρας, Ἄν-  
 ναν καὶ Θεοδώραν. Ἄ μὲν οὖν συμβέβηκεν ἐπὶ τῶν ἀναγεγραμ-  
 μένων βασιλέων, ἀπὸ τῶν τοῦ Λάσκαρι χρόνων ἄχρι Μιχαὴλ  
 βασιλέως τοῦ τῶν Παλαιολόγων δευτέρου, πολλοὺς ἐγένετο  
 συγγράφασθαι σπούδασμα οὐ μικρόν· ἐξ ὧν αὐτός τε οὐ καὶ 5  
 εἴ τις ἕτερος βούλοιοτο, δυνηθεῖν ἂν ἀκριβῶς μαθεῖν περὶ τῶν  
 P. 6 πεπραγμένων· εἴ γε μὴ κάκεινοι, ταῖς προῤῥηθείσαις ἐνοχε-  
 θέντες αἰτίαις, τὸ μὲν ἀληθῆ λέγειν εἴασαν χαίρειν, αὐτοὶ δὲ  
 ὅπως ποτὲ ἔτυχον διακείμενοι περὶ ὧν διελέγοντο, οὕτω δὴ  
 καὶ τὴν διήγησιν ἀπέδωκαν τῶν πραγμάτων, ἀρκεῖν αὐτοῖς 10  
 ἡγούμενοι πρὸς ἀντιμισθίαν τῶν πόνων, ἢ τὸν φιλούμενον ἐπαι-  
 νέσαι, ἢ τὸν μισούμενον καθυβρίσαι, τῆς δ' ἀληθείας μηδὲν  
 B φροντίσαντες. ἐξ ὅτου δ' ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ, τῶν Παλαιολό-  
 γων ὁ δεύτερος δηλαδὴ, τοῦ παρόντος ἀπέστη βίου, ἢ οὐδεὶς  
 συνεγράψατο τὰ τοῦ βασιλέου ἐξεργασμένα ἔν τε τοῖς εἰρήνης 15  
 καιροῖς καὶ ἐν οἷς περὶ τῆς ἀρχῆς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους·  
 ἢ εἶγε καὶ συνεγράψατο, οὐκ ἂν οἶμαι καθαρῶς τῆς ἀληθείας  
 αὐτὸν ἐφάπτεσθαι, ἅτε δὴ τῶν πραγμάτων ἀκριβῆ γινῶσιν  
 οὐκ ἐσχηκότα, πολλῶν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ ποικίλων συνενε-  
 C χθέντων. διὸ σὺ τε καλῶς ἐποίησας παρὰ τοῦ σαφῶς εἰδότος 20  
 ἐθελήσας μαθεῖν, ἐγὼ τε μηδὲν μελλήσας, τὴν διήγησιν ἐκθή-  
 σομαι τῶν πραγμάτων, τῆς ἀληθείας προτιμήσας μηδέν.

dronicum imperatorem, et Manuelem despotam, muliebris autem se-  
 xus Annam et Theodoram ex ea suscepit. Quae autem temporibus  
 imperatorum, quos supra dixi, a Theodoro Lascari usque ad Michae-  
 lem ex Palaeologis secundum acta sunt, in iis describendis complu-  
 res diligentissime elaborarunt: unde et tu, et quibus libebit, accu-  
 ratam rerum cognitionem possitis parare, nisi forte etiam illi, prae-  
 dictorum rei criminum, veritatem valere iusserunt, et prout erga eos  
 erant animati, de quibus exponebant, ita rerum nobis memoriam tra-  
 diderunt, satis magnam suis laboribus mercedem statuentes vel immo-  
 dice commendare quos diligenter, vel despiciabiles reddere quos odis-  
 sent, veritatis rationem habentes nullam. Ab excessu autem Michae-  
 lis Palaeologi secundi aut nemo quisquam quae ab utroque imperatore  
 et pacis temporibus et bello, in quo de imperio dimicarunt, gesta sunt,  
 conscripsit: aut si etiam, non eum arbitror incorruptam veritatem  
 attigisse: utpote accurata gestorum cognitione destitutum, quando-  
 quidem haud ita longo intervallo multa et varia contigerunt. Quo-  
 circa cum tu prudenter facis, ab eo accipere illa desiderans, qui ea  
 certissime novit: tum ego nihil procrastinans, eadem quam verissimè  
 explanare occipiam.



α. **Ο** τοίνυν βασιλεὺς οὗτοις *Μιχαήλ, συμβασιλεύων*. 10  
*Ανδρονίκῳ τῷ βασιλεὶ καὶ πατρὶ, καὶ παῖδας ἐσχληκῶς, καθ΄ ἑαυτὸν V. 9*  
*εἰπόντες ἐφθήμεν, ἄρξενας δύο καὶ θυγατέρας τωσαύτας, τὴν*  
*μὲν ἑτέραν τῶν θυγατέρων τὴν Ἄνναν Θεωμᾶ τῷ δεσπότη,*  
*5 τῷ τοῦ Νικηφόρου τοῦ δεσπότη παιδὶ, ἄρχοντι τῆς Ἀκαρνα-*  
*νίας πρὸς γάμον ἐξέδωκε· τὴν Θεοδώραν δὲ τῷ βασιλεὶ Μυσῶν*  
*Σφεντισθλάβῳ· τοὺς υἱοὺς δὲ αὐτοῦ, τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον*  
*καὶ Μανουὴλ τὸν δεσπότην, παρὰ τῷ βασιλεὶ καὶ κύπτηρ αὐ-*  
 10 *τῶν ἀφείδ ἀνάγεσθαι βασιλικῶς, αὐτὸς ἐπεραιώθη πρὸς ἔω,*  
*10 τοῖς ὑπηκόοις ἐκέλευε τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων τὴν δυνατὴν εἰσελ-*  
*σων βοήθειαν, πάσχουσι κακῶς ὑπὸ τῶν Περσῶν. ὀλίγον δέ P. 11*  
*τινα χρόνον ἐνδιατρίψας ἐκεῖ, καὶ πρὸς τὴν Κωνσταντίνου*  
*πόλιν ἐπανελθὼν, πέμπεται παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῷ καὶ βασι-*  
*λέως τῇ Ἀδριανοῦ πόλει ἐνδιατρίβειν. καὶ διέτριψεν ἐκεῖ χρό-*  
 15 *νον τινα συγχρόν· εἶτα τοῦ πατρὸς πάλιν προστεταχότος, πρὸς*  
*Θεσσαλονίκην ἀπῆρεν. ἐν τούτοις ὄντος αὐτοῦ, ἤκουσι κακῶν*  
*ἄγγελοι πρὸς αὐτὸν, τὴν τῷ δεσπότη συνοικοῦσαν Θεωμᾶ θυ-*  
*γατέρα αὐτοῦ λέγοντες τεθνηκέναι· καὶ μετὰ μικρὸν ἕτεροι*  
 20 *τῶν προτέρων βαρυτέρας φέροντες ἀγγελίας τὸν υἱὸν αὐτοῦ*  
*20 Μανουὴλ δεσπότην ἐφασαν τεθνηκέναι. εἶτε δὲ καὶ νόσημά*  
*τι τῶν ἀξέων ἐνθον οἰκουροῦν ἔτι ἢ τῆς ἀθυμίας ὑπαινῆψε φλόξ,*  
*εἶτε καὶ αὐτῇ καθ' αὐτὴν ἢ ἀμετρία τῆς λύπης ἤρκεσε πρὸς θά-*  
*νατον αὐτῷ, μετὰ ὀγδόην ἡμέραν τῆς ἀγγελίας τῆς τελευταίας*

13. αὐτῷ. αὐτοῦ et ita saepius infra, ED. P. καὶ post αὐτῷ Gr.

1. **M**ichael imperator, senioris Andronici et patris in imperio socius  
 et collega, cum generasset, sicuti antea demonstravimus, filios duos,  
 filias item duas, Annam quidem filiarum alteram Thomae despotae,  
 Nicephori despotae filio, principi Acarnaniae, in coniugium tradidit,  
 Theodoram autem Sphentisthlabo Moesorum regi connubio iunxit:  
 puerosque ambos Andronicum imperatorem et Manuelem despotam  
 avo regali disciplina educandos concredens, ipse in orientem trans-  
 misit, ut qui illic in Romanorum ditione erant et a Persis vexaban-  
 tur, iis pro copia auxilium portaret. Ubi cum non ita diu commo-  
 ratus esset, Constantinopolin revenit, et a patre Adrianopolin mis-  
 sus, diutius ibidem aetatem habuit. Ab eodem denuo iussus, The-  
 salonicam proficiscitur, quo illi tristes nuntii afferuntur, Annam filiam,  
 cum Thoma despotam coniunctam, lucis usuram reddidisse, parvo in-  
 tervallo alii prioribus etiam tristiores, Manuelem despotam iuniorum  
 filium vivere desiisse. Sive autem morbum quempiam intestinum et  
 acutum dolor acceptus veluti flamma succensus exaggeravit, sive ipsa  
 per se luctus immensitas tantum valuit: die post acceptum de filii morte

A. C. 1320 τοῦ παιδὸς τελευτῆ καὶ αὐτὸς ἐν Θεσσαλονίκῃ, τρίτον πρὸς τεσσαράκοντα χρόνον ἄγων τῆς ἡλικίας, ἔτους ἐνάτου πρὸς τοὺς εἴκοσι καὶ ὀκτακοσίους καὶ ἑξακισχιλίους, δωδεκάτῃ μηνὸς ὀκτωβρίου, ἡμέρᾳ πρώτῃ τῆς ἑβδομάδος. τούτων οὕτω συνε-  
 νεχθέντων, ἀγγέλλεται τῷ βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ τῷ τοῦ τετελευ-5  
 τήκοτος πατρὶ ἢ τοῦ βασιλέως καὶ υἱοῦ τελευτῆ, καὶ χρόνον  
 μὲν τινα συγχὼν ἐπένηθῃσεν ἐπὶ τῷ βασιλεῖ καὶ παιδί· οὐ γὰρ  
 ἄκρας ἔψαυσεν αὐτοῦ καρδίας ἢ τοῦ καλοῦ παιδὸς τελευτῆ· εἶτα  
 δαίμονός τινος τῶν ἐξητασμένων ἐπὶ φθορᾷ, βαρὺ καὶ ἄγριον  
 C κατὰ τῆς Ῥωμαίων πνεύσαντος εὐτυχίας, ἢ τὰληθέστερον μᾶλ-10  
 λον εἶπεῖν, αὐτοῦ τοῦ τὰ πάντα οἰκονομοῦντος Θεοῦ πρὸς ἔκτι-  
 σιν τῶν ἐπὶ πλήθει καὶ μεγέθει τὸ μέτρον ὑπερβαίνοντων ἡμε-  
 τέρων σφαλμάτων τὰ τοιαῦτα παραχωρῶντος, ἐπὶ νῦν ἔρχε-  
 ται τῷ βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ, τὸν μὲν καθεστῶτα βασιλέα τὸν  
 ἔργον αὐτοῦ τὸν νέον Ἀνδρόνικον ἀποστερῆσαι τῆς βασιλείας15  
 καὶ εἰς ἰδιώτου μεταστῆσαι σχῆμα, τὸν υἱὸν δὲ αὐτοῦ τὸν Κων-  
 σταντῖνον δεσπότην ὄντα τῇ διαδήματι τῆς βασιλείας κοσμηῆσαι.  
 οὐ μᾶλλον αὐτοῦ τούτου γε ἔνεκα διανοηθεὶς τούτου τοῦ Κων-  
 D σταντίνου, ἢ ὅτε τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα καὶ εἰς τὸν ἐκ  
 παλλακῆς αὐτῷ δὴ τῷ Κωνσταντίνῳ προσόντα παῖδα μετα-20  
 βῆναι τὸν Μιχαῆλ, ὡς πατρόθεν καὶ ἐξ ἁρμονίας αὐτῷ προσ-  
 ῆκον, ὃς δὴ καὶ Καθαρός ὠνόμαστο, μητρόθεν λαχὼν τὴν  
 κλήσιν. οὗτος δὴ ὁ Μιχαῆλ εἴλεκε μὲν καὶ τὴν τοῦ γένους πηγᾶς  
 ἐκ φαύλης καὶ ἀσήμεου μητρὸς, ἣν δὲ καὶ τὰλλα ἄξιος οὐδενός.  
 V. 10 οὔτε γὰρ φύσεως ἔτυχεν εὐρώστου πρὸς τὸ φρονεῖν, οὔτ' ἐγ-25

1. A. C. 1321 in margine ed. P., male. 15. ἔγγονον. Vulgo ἔγγονον.

nuntium octavo ipse similiter apud Thessalonicam naturae concedit, annum agens tertium ultra quadragesimum, ab orbe condito sexies millesimo octingentesimo vicesimo nono, quarto Idus Octobres, primo die hebdomadis. Cum haec ad istunc modum evenissent, Andronicus senior de eius obitu certior factus, in diuturno moerore iacuit; in pectus enim quam altissime tam boni filii occasus descenderat. Exin quopiam malo daemone de iis qui in exitio hominibus machinando sunt exercitati, adversus Romanorum felicia tempora dirum et immane spirante, quinimo, ut verius loquar, ipso universam naturam procurante Deo ad delictorum nostrorum, qua multitudine qua gravitate infinitorum, poenas expetendas permittente, Andronicus decretum iam imperatorem nepotem suum Andronicum iuniorem, imperio spoliatum, in ordinem privati hominis redigere, ac pro eo Constantinum filium despotam imperiali diademate exornare meditatur; neque id tam ipsius Constantini causa, quam ut amplitudo imperatoria etiam ad Michaellem pucrum, ipsi Constantino ex Cathara pellice natum, a qua et Catharus cognomen invenit, tamquam debita a patre et per cognationis vinculum veniret. Hic igitur Michael generis sui

κυκλίον πείραν ἔσχε παιδείας, οὔτε πρὸς στρατείας ἤσκητο τὸ Α. C. 1320  
 παράπαν, οὔτε πρὸς τι τῶν ὅσα νέους κοσμεῖ εὐφυῶς εἶχε κἄν  
 γον. διὰ τοῦτο” — μέγχι μὲν οὖν τούτου σιωπῶν βασιλεὺς ὁ νέος  
 V. 37 καθῆστο τὸ „διὰ τοῦτο” δὲ ἀρχὴν ἀποφάσεως εἶναι νομίσας,  
 „δέδομαί σου, θειότητέ μοι καὶ κύριε βασιλεῦ” εἶπε „μικρόν<sup>10</sup>  
 ἐπισχόντα, λόγον χρόνον ὀλίγον ἔμοι χαρίσασθαι· ἂ δὲ βού-  
 λομαι διεξελθόντι ὡς ἐν βραχεῖ, τοῦ λόγου τὸ λοιπὸν αὐτὸς  
 C περαινεῖς.” τοῦ δ' ἐπιτρέψαντος ἂ βούλοιο λέγειν, „τὸν θεόν,”  
 ὁ νέος Ἀνδρονίκος ἔφη, „τῶν παρόντων λόγων μάρτυρα προ-  
 καλοῦμαι, ὡς οὐδὲν ὦν ἐγκαλοῦμαι ἑμαντῶ σύννοια εἰργασμέ-<sup>15</sup>  
 νη. τὸ δ' αὐτὸ καὶ πρότερον ἐδήλωσα τῷ σῶ κράτει, τῷ θαν-  
 μασίῳ Ἰωσήφ χρησάμενος πρεσβευτῆ. τοῦτο δὴ καὶ νῦν αὖθις  
 διῶσχυρίζομαι, καὶ ὄρκους πιστούμενος τοὺς λόγους, ὡς οὔτε  
 νῦν οὔτε τότε τῶν ἐγκαλουμένων ἑμαντῶ τι σύννοια εἰργασμένη.  
 ἔξαμαρτάνειν μέντοι γε καὶ πάνν πείθουμαι τοιαῦτα, οἶον, εἶγε<sup>20</sup>  
 σοὶ μὲν οὐκ ἤρεσκε πρὸς κνηγεσίαν ἀπελθεῖν, ἐγὼ δὲ ἀπῆλ-  
 D θον· εἰ ἐπὶ πλείονα χρόνον ἐχρησάμην Ἰππῳ, σοὶ τούτου ἴσως  
 οὐ καλῶς ἔχειν δοκοῦντος· ἢ εἰ δὴ τι τοιοῦτον ἕτερον· καὶ τοῦ-

12. Scribendum fortasse διεξελθόντος.

et Constantinus Acropolita, ipse quoque magni logothetae dignitate ornatus. Facto igitur paulisper silentio, Andronicus maior infit: Domine patriarcha, quiq̄ coram adestis, hic homo (nepotem designans) est moribus intractabilis et arrogans atque inobediens, neutiquam mihi cedit; sed pro libidine agit omnia, nostrae voluntatis ne parvam quidem rationem ducens. Propterea — Hactenus iunior tacitus sedebat. Illud autem verbum, Propterea, initium ferendae adversum se sententiae ratus, Obsecro te, exclamat, sacratissime dominice imperator, pauillum subsiste, mihique medium spatium ad loquendum ne denega; et ubi summatim, quae voluntas fert, explicavero, reliquum orationis tuae absolvito. Sinente sene, ut diceret, quae vellet, hunc in modum disseruit: Deum testem invoco, me quorum accusor criminum, nullius mihi conscium esse. Quod ipsum et alias maiestati tuae per virum excellentem Iosephum legatum meum indicavi, et nunc rursus assero: et ut verbis meis apud te fides sit, iusiurandum interpono, conscientiam meam nec hodie impediri atque convinci, nec tum impeditam atque convictam fuisse ullius hominum scelerum, quorum nunc reus peragor. Verumtamen peccasse me talia quaedam peccata libenter crediderim, ut si te invito venatum irerim; si diutius, quam tu forsitan velles, equestribus ludis indul-



το δὲ οὐ προσταττόμενος παρὰ σοῦ, ἔπειτ' εἰς οὐδὲν τὸ ἐπίτα—A.C. 1321  
 γμα τιθέμενος ἐποίουν· ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἐποίουν μηδὲν εἰδώς· σοὶ δ'  
 ἴσως ἂν ἐμὲ ἁμαρτάνειν ἐδόκει. ᾧ δὲ καὶ πείθων ἐμαντὸν ἀδι-  
 κεῖν μηδὲν, κατὰ γνώμην, ἔλεγον, ἐμοὶ γένοιτ' ἂν ἐπὶ τοῦ  
 ἕκκυρίου καὶ βασιλέως δίκης τυχεῖν, πρὸς οὓς ἐπιούμην τοὺς  
 λόγους· εἰ γὰρ τοῦτο γένοιτο, πρὸς οὐδὲν μὲν τῶν ἐγκαλουμέ-  
 νων ἐλεγχόμενος αὐτὸς φανεῖσθαι· τὸν βασιλέα δὲ τὴν περὶ  
 τοῦ ἁμαρτάνειν ἐμὲ ὑπόνοιαν ἀποδέμενον, τῆς ἑργῆς ἂν ὑφεῖ-  
 ναι. οἶσθα γὰρ αὐτὸς, ὃ βασιλεῦ, ὅτι μετὰ τὴν τοῦ ἐμοῦ βα- P. 46  
 10 σσιλέως καὶ πατρὸς τελευταίην ἄχρι καὶ νῦν τοσαύτη χρώμενος  
 ἐφαίνου τῇ μήνιδι κατ' ἐμοῦ, ὥς ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον οὐδὲ λό-  
 γον γοῦν ἀξιῶσαί τινας· ὃ καὶ θανάτου βαρύτερον ἐμοὶ λογι-  
 ζομένῳ, τοιαῦτ' ἐπῆει λέγειν, οἰομένῳ καιροῦ τινας πρὸς ἀπο-  
 λογίαν τυχεῖν κατὰ τὸν ἐπικρατοῦντα νόμον ταῖς δίκαις. καί-  
 15 τοι γ' ἔφασκον ἐμὲ, πρὸς οὓς διελεγόμην, παντάπασιν ἁμαρτά-  
 νειν περὶ τῶν πραγμάτων γνώμης ὀρθῆς, εἰ τοῦ αὐτοῦ δικά-  
 ζοντος ὄντος καὶ ἐγκαλοῦντος, ἐρήμην οὐκ εἶομαι ἀλώσεσθαι,  
 ἀλλ' ἐλέγχων δεήσεισθαι καὶ ἀποδείξεω πρὸς τὴν καταδίκην.  
 ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπειθόμην. νυνὶ δ' ἐπὶ τῶν πραγμάτων, ὥσπερ ἔλε- B  
 20 γον, συμβαῖνον ὄρων, (πρὶν γὰρ εἰς λόγους ἦκειν, παρὰ σοὶ  
 κριτῇ ταῖς ἀπάσαις εἰλῶν, καὶ τεκμήριον ἀψευδές, εἰς ἣν κα-  
 τεδικάσθην καθέδραν,) νῦν μὲν ἔσχον μόλις συνετωτέρους ἐ-  
 κείνους ἐμαντοῦ κρίνειν βέλτιον δ' ἦν, ὥσπερ ἐπειθὸν ἐμαν-  
 τὸν ἐγὼ, οὕτω καὶ τὴν ἀπόβασιν ὀφθῆναι γενομένην τῶν πρα-

serim: aut si quid aliud huiusmodi iniussu tuo perpetrarim, et postea mandatum quoque tuum pro nihilo putans, nihilo minus facere perrexerim. Atqui ego in his peccare me nesciebam, tibi autem delinquere forsitan videbar. Sic mihi persuadens, nihil me indignum admittere, dicebam iis, quibuscum mihi sermo, velle magno opere apud dominum et imperatorem causam dicere: ita namque nullius, quorum arguerer, convictum iri, et ipsum imperatorem flagitiorum meorum abiecta suspicione iram remissurum. Negare non potes, te ab obitu parentis mei imperatoris usque hodie tam implacabilem adversus me iracundiam aluisse, ut tanto intervallo non verbo saltem uno dignatus sis: quod cum considero, morte ipsa dirius videtur. Talia occurrerant quae dicerem, sperabamque tempus aliquod defensionis nacturum ex lege, quae iudiciis ipsis dominatur. At enim desipere me aiebant quibuscum agebam, si putarem eodem accusatore et iudice non potius iudicia causa me damnatum, quam probationes et argumenta mea, quamobrem damnandus non sim, requisitum iri. Quorum orationi fidem non habebam; quam nunc re ipsa comprobata vident (antequam enim verbum emissem, apud te iudicem omnibus calculis condemnatus sum: cuius rei evidens iudicium sedes humilis, in quam damnatus sum) vix tandem intelligo,

- Α. C. 1321 γμάτων· ἔω γὰρ εἶπεν δίκαιον. ἐπεὶ δ' αἱ δυσπραγαίαι τοσοῦτον ἐπνευσαν βαρὺ κατ' ἐμοῦ, ὥστε μοι καὶ τὰ πατρὸς σπλάγχνα τοσοῦτον ἐκπεπολεμῶσθαι, ὡς μηδὲ τῆς ὄψου ἰου προσηκούσης ἐλευθερίας τυγχάνειν ἐπὶ τὸ τὰ ἐγκλήματα ἀπολύσασθαι, δέομαι τοῦ σοῦ κράτους, ὦ βασιλεῦ, μὴ πρότερον ψῆφον ἐξ-5  
 C ενεγκεῖν, πρὶν ἂν τὰ ἐγκλήματα, ἅπερ ἐμοῦ κατηγορήσῃς, βασιάνῳ δοκιμασθῆ. κἂν μὲν τι φαίνωμαι τούτων ἐξειργασμένος, τὴν ἐσχάτην δοῦναι δίκην ἀποθανόντα· ἂν δ' ἐλεύθερος ἐκ πάντων τούτων ἀποδειχθῶ, ὅπερ οἶμαι καὶ σὲ βούλεσθαι καὶ δι' εὐχῆς ποιέσθαι, τότε' ἐξέσται πάλιν πατρὶ γε ὄντι σοὶ καὶ κυ-10  
 ρίῳ πράττειν τὰ κατὰ γνώμην." Τούτοις τοῖς λόγοις εἰς ὄργην ἐξαφθεῖς ἐπιπλέον ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς, τραχιτέρῳ τοῦ  
 V. 38 δέοντος χρησόμενος τῇ φωνῇ, μὴ οἶεσθαι αὐτὸν ἔλεγε τῶν καλουμένων ἀπὸ Χριστοῦ. ὁ νέος δὲ Ἀνδρόνικος εὐθύς πρὸς τὸν τοιοῦτον ἀπαντῶν λόγον, „κράτιστε βασιλεῦ" ἔφη „τῶν ἐμοὶ νῦν 15  
 D ἐπενεχθέντων ἐγκλημάτων πολλῶν ὄντων καὶ χαλεπῶν, ἔτι καὶ πλείω καὶ χαλεπώτερα σοῦ προτάξαντος ἤνεγκα ἂν σιγῇ. ὁ δὲ νῦν ἔφη, μὴ οἶεσθαι με Χριστιανὸν, τοσοῦτον ἀπέχω τοῦ σιγῇ φέρειν ἢ πρὸς ἐμὲ εἰσῆσθαι νομίζω, ὥστ' ἐμπίδος ἦ τινος τῶν φαυλοτέρων τὴν φωνὴν ταύτην νομίζω. ἀλλ' εἰ καὶ 20  
 αὐτός, φημι, οὐχ ἤγῃ με Χριστιανὸν, ἀλλ' ὄγε τὸ σεβασμιον αὐτοῦ αἷμα ὑπὲρ ἐμοῦ φιλανθρωπῶς ἐκχέας Χριστὸς, ὑπὲρ οὗ καὶ αὐτὸς εἰσιμιός εἶναι τὸ ἴδιον ἀποδοῦναι, καιροῦ καλοῦντος, θαρρόντως φημί, ἑαυτοῦ καὶ οἶεται με καὶ ὀνομάζει. καὶ  
 16. ἐπανεχθέντων antea. 20. Ita corr. pro νομίζων, ED. P. νομίζωιν.

illos quam me iudicasse prudentius. Mihi vero melius (mitto dicere iustus) persuadebam fore, eo modo rerum eventum videre. Quoniam autem adversa sors ita me horribiliter afflavit, ut nullo modo mihi debitam libertatem ad respondendum criminibus obtineam, oro maiestatem tuam, imperator, uti prius sententiam ne feras, quam quae obiecisti, explorata et probata fuerint: ut si quid eorum admisisse deprehendar, capite poenas exsolvam: sin autem per omnia liber et innocens inveniar (quod te quoque desiderare et votis optare existimo) ut tibi rursus patri ac domino meo quod libuerit facere liceat. His verbis maiore inflammatus ira senior asperiore voce quam fas erat exclamans, arbitrari se illum non esse Christianum dixit. Cui verbo iunior statim sic occurrit: Cum multa et gravia de me crimina praedicaris, imperator optime, si plura adhuc et graviora praedicasses, silentio sustinuissem: sed quia nunc me Christianorum numero eximis, tantum abest, ut hoc tacitus feram aut in me convenire ducam, ut culicis, aut si quid est eo contemptius, hanc vocem dicere non verear. Sed ut tu me pro Christiano non habeas, at certe Christus, qui pretiosum sanguinem suum pro me be-

τις χρεία τοιούτων λόγων; εἰ μὲν δικάζεις, δικάζει κατὰ νό- A. C. 1321  
 μους, εἰ δὲ πρὶν δικάσαι καταψηφίσῃ, οὐδὲν ἢ δίκας λοιπὸν P. 47  
 λαμβάνειν. πράττε τοιγαροῦν ἃ σοι κεχαρισμένα· χάριτας δὲ  
 σοι τὰς μεγίστας ὁμολογῶ τῷ καὶ λέγειν καὶ πράττειν ἐπὶ τῶν  
 5 παρόντων τουτωνῶ, ἃ δὴ καὶ λέγεις καὶ πράττεις. ἐμοὶ γὰρ ἂν  
 τι καὶ τῶν ἀδοκῆτων ἀπὸ γε τοῦ νῦν ἐπιή, οὐ σφόδρα λυπή-  
 σει, πολλοὺς ἔχοντι μάρτυρας τῆς ἀδικίας.

ἰε. Ἐνδον μὲν οὖν τοιαῦτα παρ' ἀμφοῶν τοῖν βασιλέοιν B  
 ἐλέχθη. ὁ μέγας δὲ δομέστικος καὶ ὁ πρωτοστράτωρ ἐν τῷ  
 10 ἑξωτέρῳ, καθάπερ ἔφθημεν εἰπόντες, διατρίβοντες οἴκῳ, καὶ  
 τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως τραχύτερον ἀκούσαντες φθελῶσαμέ-  
 νου, ἐπὶ κακῷ τε τοῦ νέου βασιλέως τὴν τραχύτητα τῆς φω-  
 νῆς οἰηθέντες εἶναι, ἐκινήθησαν μὲν ὅθεν ἐκάθητο, καὶ προ-  
 ἦλθον ἐπὶ μικρὸν ἀμύνειν ὠρμημένοι τῷ νέῳ βασιλεῖ. τῆς  
 15 ἵσταραχῆς δὲ πεπανμένης, ἀθῆτις ἠσύχασαν καὶ αὐτοί. τρεῖς  
 δ' αὐτοῖς ἐκεῖ συμπαρόντες τῶν οἰκισιότατων τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν  
 βασιλέων, ὃ, τε Μελετινιώτης Ἰωάννης, Ἀνδρονικός τε ὁ Ἐξώτρο-  
 χος καὶ τρίτος ὁ Βάρδας, καὶ τὴν ὄρμην αὐτῶν ὑποπτεύσαντες  
 ὡς ὑπὲρ Ἀνδρονίκου τοῦ νέου γεγεννημένην, λέγουσιν αὐτοῖς  
 20 ποροσελθόντες, ὡς „τῶν βασιλέων πρὸς ἀλλήλους περὶ τινῶν ἀδή-  
 λων διαλεγόμενων, δεόν ὑμῶν ἀποστάντας τῶν ὧδε, πρὸς τὴν ἐν  
 βασιλείῳις αὐτῶν χωρεῖν.“ τῶν δ' αὐτοῖς δριμύτερον ἐνιδόντων,  
 καὶ τὸ θυμοῦσθαι καὶ ὀφθαλμοῖς καὶ λόγοις ἐνδεικνυμένων,  
 ἔβρισασθαι τε καὶ μὴ παρενοχλεῖν κελυσάντων, οἱ δύο μὲν

nigne effudit, pro quo vicissim meum, causa postulante, effusurum  
 fidenter aio, pro suo habet suumque nominat. Verum quid ista  
 verborum velitatione opus est? Si iudicas, secundum leges iudica:  
 si autem ante condemnas, quam iudicas, restat, uti supplicium quo-  
 que de me sumas. Proinde fac delicias animo tuo. Gratias autem  
 tibi maximas ago, quod his praesentibus ista et dicis et facis. Nam  
 si quippiam etiam improvisum ex hoc die me incurnaverit, non ve-  
 hementer contristabit, quando plures iniustitiae tuae testes habeo.

15. Intus haec ab imperatoribus dicebantur. Magnus porro do-  
 mesticus et protostrator foris expectantes, ut docuimus, et senem  
 tumultuosius clamantem audientes, eamque rem malo esse nepoti o-  
 pinantes, loco se repente movent, et ad ferendum auxilium conciti-  
 tati aliquantum procedunt. Sed strepitu illo conquiescente, etiam  
 ipsi quiescunt. Aderant illis tres, avo imperatori familiarissimi, Io-  
 annes Melitenensis, Andronicus Exotrochus et Bardas, qui huius-  
 modi impetum pro Andronico iunioris susceptum coniectantes, sic  
 eos aggressi sunt, ut dicerent, imperatoribus sermonem arcanum  
 conferentibus, decere eos inde se removens in atrium palatii se-  
 cedere. Quibus torvo lumine intuentibus, conceptamque in prae-  
 cordiis iram non vultu modo, sed voce quoque prodeuntibus, eosque

- A. C. 1321 πάλιν ἤσυχασαν καθεσθέντες, ὁ Μελιτηνιώτης δὲ ἔνδον πρὸς τὸν πρεσβύτερον τῶν βασιλέων ἐλθὼν „σκεπτόν σοι” πρὸς οὗς D εἶπεν „ὁ, τι μέλλεις δοῦν, ὦ βασιλεῦ. πρὸς γὰρ θύραις ταῖς σαῖς ἐφροστήκασι τῶν τῆς συγκλήτου τινές, πάντα δοῦν ὑπὲρ τοῦ νέου βασιλέως ἐτοιμοὶ καὶ πάσχειν ὄντες.” τούτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ἀνέστη τε αὐτίκα τοῦ θρόνου, καὶ πρὸς τὸν ἐνδότερον οἰκίσκον ἐχώρει, τὸν νέον βασιλέα τοῖς ἀκροωμένοις ἅμα παρὰ τὸν ἔξω καταλιπών. τὸν μέγαν δὲ μετακαλεσάμενος V. 39 λογοθέτην τὸν Μετοχίτην, καὶ ὅσα ἦν αὐτῷ βουλευμένη διαλεχθεὶς, εἶτα δι’ αὐτοῦ μηνύει τῷ ἐγγόνῳ καὶ βασιλεῖ. „σὺ μὲν οἷσπερ εἶπον καὶ πλείοσιν ἐνέχη κακοῖς· ἐγὼ δ’ ἅπαντα παριδὼν, ἀξιῶσω συγγνώμης, ἂν ἃ λέγω ποιήσης αὐτός. ταῦτα δ’ ἐστὶ· πρῶτον μὲν ὄρκῳ πιστώσασθαι τὴν πίστιν καθαρὰ P. 48 ῥὰν τῷ Χριστῷ τηρεῖν· ἔπειτα μετὰ τοῦτο, μηδὲ περὶ ἐμῆ κακὰν ὀφθήσεσθαι γεγενημένον· τρίτον μετὰ τοῦτο, καταδή-15 λους ἐμοὶ ποιῆσαι τοὺς σοὶ συμπράττειν καὶ προσκεῖσθαι προηρημένους· τέταρτον δὲ, ὄρκῳ πιστώσασθαι δρασμῶ χρησεσθαι μηδαμῶς.” πρὸς ταῦτα βασιλεὺς ὁ νέος ἀπεκρίνατο τοιαῦτα· „κράτιστε βασιλεῦ, τὸ τὴν πίστιν ὄρκους ἀπαιτεῖν βεβαιῶν, πρὸς τῷ σκληρὸν ἐμοὶ φαίνεσθαι καὶ τὴν ψυχὴν δει-20 νῶς ἐκταράττειν, ἔτι καὶ ἑαυτῷ περιπίπτει. εἰ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἱεροῖς τὸν ὄρκον εὐαγγελίοις καὶ ταῖς σεβασμίαις εἰκάσαι κελεύεις πιστὸν ποιεῖν, αὐτῷ τούτῳ περὶ τὸν θεὸν πιστὸν, καὶ τὸν Χριστὸν ἀποδεικνύεις ἐνδεδυμένον ἐμέ. εἰ δ’ ἄλλω
- facessere iubentibus, duo quidem conticuerunt ac resederunt; Melitenensis autem ad imperatorem adiens in aurem illi insusurravit: Videret, quid ageret; ad fores conclavis quosdam astare de viris principibus, pro iuniorē imperatore paratos facere et pati omnia. Hoc nuntio commotus, e solio nil cunctatus surgit et in domunculam interiorē se recipiens, foris nepotem cum assessoribus relinquit: advocatoque magno logotheta Metochite, et cum eo, quae volebat, collocutus, adolescenti per eum haec significat. Esse quidem illum iis, quae audisset, et pluribus sceleribus obstrictum: se tamen omnia in minimis numeraturum, et veniam reo impertiturum, si quae postularet, efficere in animum inducat, nempe haec: primum, ut sacramento firmet se Christo fidem puram et sanctam servare; tum, nihil mali in avum moliturum; adhaec, eorum nomina, qui se ipsi satellites ac ministros facinorum volentes libentesque praebuerint, ad ipsum delaturum; postremo, non se ullo modo fugiturum. Ad ista iunior hoc responsum dedit: Quod de fide in Christum confirmanda sacramenti a me religionem exigit, imperator optime, praeterquam quod durum videtur mentemque meam maiorem in modum percellit, etiam non cohaeret et in se ipsum corrui. Si enim me per sacra evangelia et venerandas sanctorum imagines fideliter iurare iubes, hoc ipso utique Deo fidelem

τινὶ σεβασίματι προσέχειν ἐμὲ νομίζεις, τῶν ἀνοήτων καὶ πε- A.C. 1321  
 ραιτῶν, ὧν ἠθέτησα τὴν πίστιν, ταῦτ' εἰς ὄρκον ἐμοὶ προ- B  
 βάλλειν· ῥαδίως γὰρ ἂν καταψεύσομαι τῶν μὴ τιμωμένων.  
 διὸ δὴ σου δέομαι, βασιλεῦ, μὴ περὶ τῶν τοιούτων λόγους  
 5 κινεῖν· χάριτι γὰρ Χριστοῦ καὶ Χριστιανός εἰμι καὶ τῶν ὀρ-  
 θοδόξων. κατὰ σοῦ δὲ μήτε δράσαι μήτε βουλευσασθαί τι  
 κακόν, καὶ νῦν μὲν ὄμνυμι τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητὴν, ὡς  
 οὔτε πρότερον εἰς λογισμοὺς ὑπήχθην τοιούτους, οὔτ' ἐν τῷ  
 μέλλοντι κακὸς ὀφθῆναι βούλομαι περὶ σέ· σὸν δ' ἐπίταγμα  
 10 ὁκλήρωσάν, καὶ αὐτίς ὁμοῦμαι. περὶ δὲ τοῦ καταδήλους  
 τοὺς ἐμοὶ συνόντας καὶ ταῦτὰ βουλομένους σοὶ θέσθαι, ἐκεῖνο C  
 λέγω, ὡς αὐτὸς ἂν εἰδείης μᾶλλον ἐμοῦ, ὁποίους τινὰς εἰκὸς  
 εἶναι τοὺς προσκειμένους ἐμοί. ὅπου γὰρ χρημάτων μὲν μοι  
 πόρος οὐδεὶς, οἷς ἂν ἴσως πείσαιμι τῶν ἀξίων μοι λόγου τινὰς  
 15 προσέχειν, παρῶν τῆς τε πρὸς σέ μετεστιν οὐδεμιᾶς, δι' ἧς εὐ-  
 εργετῶν ἐμαυτῷ κτήσομαι φίλους τινὰς τῶν δεομένων ὠφελείας,  
 συνορᾶν ἔστιν ἐκ τῶν πραγμάτων τῷ βουλομένῳ παντὶ τοῦς  
 ἠθροισμένους περὶ ἐμέ. εἰ δ' ἄρα καὶ τινες εἶεν εὐνοϊκῶς  
 ἐμοὶ διακειμένοι, οὐκ ὀφείλοντες τὴν εὐνοίαν, ἀλλὰ μᾶλλον  
 20 χάριτος κατάρχοντές εἰσιν· ὧν οὕτω βελτίστων περὶ ἐμὲ προ- D  
 κα γεγεννημένων, οὐκ ἂν ἐλλέπη μοχθηρίας ὑπερβολὴν τὸ κάκι-  
 στον αὐτὸν καὶ προδότην ὀφθῆναι περὶ αὐτούς. καίτοι γε καὶ  
 αὐτοὶ οὐδὲν ἄλλο μοι προσιόντες πείθειν ἐπιχειροῦσιν, ἢ σοί,

me et Christum induisse ostendis. Sin aliud pro numine adorare  
 me credis, inutile et supervacaneum est, quorum fidem irritam  
 feci, per ea iusiurandum a me exigi: facile siquidem contra illa  
 mentiar, quae colere desii. Quocirca te rogatum volo, imperator,  
 ne quid super hoc negotio verborum facias; gratia enim Christi et  
 Christianus et orthodoxus sum. Adversus te autem nihil mali vel  
 designavi vel cogitavi: et nunc caeli terraeque conditorem ultro  
 testor: me neque antehac istiusmodi consilia coxisse, neque de  
 cetero improbi aliquid in te machinaturum; tuis vero iussis pa-  
 rens denuo iurabo. Iam quod vis, ut adiutores et socios tibi meos  
 indicem, illud dico, te potius, quam me scire posse, quales consen-  
 taneum sit esse, qui me sequuntur. Cum enim pecuniae faciendae  
 ratio nulla suppeditet, qua forsitan quosdam non infimae condi-  
 tionis ad meas partes allicerem, libertate autem apud te nulla uti li-  
 ceat, quo ope aliena indigentibus benefaciens, amicos comparem,  
 disce hinc quivis potest, si vult, quales se ad societatem meam  
 aggregaverint. Quod si forte nonnulli me non oderunt, at in eo  
 non illi debitum pro gratia praestant, sed gratia me anteverunt:  
 qui cum nulla expectata mercede mei sint quam studiosissimi, nihil  
 posset fieri scelestius, si ego in illos contra ingratus ac pro-  
 ditor existerem. Quamquam et ipsi me adcentes, non aliud mihi  
 persuadere nituntur, quam ut tibi, imperatori ac parenti meo, dicto

- A.C. 1321 τῷ βασιλεῖ καὶ πατρὶ, ὑπέχειν ἑμαυτὸν καὶ καταδουλοῦν καὶ μὴ παρέχειν αἰτίας, ὥστ' ἑμαυτῷ τὴν σὴν γαληνότητα ἐξοργί-  
 ζειν. ἐμοῦ δ' ἰσχυριζομένου τοιοῦτον ἑμαυτῷ συνειδέναι μηδὲν  
 καὶ πολλοὺς εἰς ἀπολογία συνείροντος λόγους, οὐδὲν αὐτοῖς  
 εἰς περὶ τοῦ νομίζεται ἀξιόχρεων, ὅπερ, ἔστιν εἰκὸς λογιζομέ-5  
 P. 49 νοις, ὡς οὐκ ἂν οὕτως ἢ φύσις πρὸς εαυτὴν ἐκπολεμωθείη, μὴ  
 τῶν αἰτίων ὄντων ὑπερφῶν. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τῶν θηρίων τὰ  
 χαλεπώτατα τοῖς τέκνοις ἐπεβούλευσάν ποτε τοῖς ἰδίους. εἰ δὲ  
 τινες ἐν αὐτοῖς εἶεν καὶ μὴ τοιοῦτοι, οὕτω δοκεῖς ἐμὲ κακὸν  
 καὶ ἀγνώμονα εἶναι περὶ τοὺς φίλους, ὥστε τῆς εἰς ἐμὲ φιλίας  
 προδοσίαν παραιοῦσιν ἀντιμοσίαν; οὐκ ἔστιν οὐδαμῶς. ἔβον  
 γὰρ ἂν αὐτὸς οὐχ ὑπὲρ πάντων ὁμοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐνὸς αὐτῶν  
 V. 40 τὴν ἐμὴν προήσομαι σωτηρίαν, ἣ ταύτην περιποιούμενος ἐκεί-  
 νους ἐθελήσω καὶ μικροῖς τισι προσομιλῆσαι κακοῖς. ἔτι πρὸς  
 τούτοις καὶ ὄρκους ἐπέταξας τὸ μὴ θρασυῶ χρήσασθαι ἀσφα-15  
 λίσασθαι. ὁμνυμι δὴ σοι τὸν ἀπάντων κύριον καὶ βασιλέα  
 B Θεὸν, ὡς ἂν τι φωράσω περὶ ἐμὲ βουλευόμενον κίνδυνον ἀπει-  
 λοῦν, πάσῃ δυνάμει καὶ ὄλω ποδὶ χρήσομαι πρὸς φυγὴν.”  
 ις. Ταῦτα τοῦ νέου βασιλέως διεξιόντος, ὁ πρεσβύτερος  
 ἀπὸ τὰς θύρας ἰστάμενος τοῦ οἰκίσκου, πάντων ἐπηκροῶτο, 20  
 καὶ τὰλλα μὲν ἤνεγκε σιωπῶν, τὴν φυγὴν δὲ ἀκούσας „σὺ δ',  
 C ἔφη „φεύξῃ γε σὺ; ἀλλ' ὅσον οὐπω σὺ μὲν συλληφθεὶς ἀπα-  
 χθήσῃ δεσμώτης καὶ πρὸς δοριαλάτου καταστάς τύχην. ἐγὼ δ'

sim audiens, tibi que serviam, occasiones fugiam, quibus serenitas tua adversum me turbari et irritari queat. Dum autem constanter affirmo, nihil huiusmodi conscire mihi, verbaque ad defensionem acervo, haud illis quidquam ad fidem satis videtur: probabiliter ratiocinantibus, non potuisse naturam tantam in semetipsam hostilitatem induere, nisi causae fuissent, et quidem tales, quae ipsas naturae metas excederent: quando neque truculentissimae ferarum in catulos suos unquam sese insidiosas ac malignas praebuerunt. Et ut aliqui inter eos tam solliciti non sint, an me adeo nequam in amicos et officii immemorem putas, ut eorum caritatem proditione remunerare velim? Oh neutiquam: citius, non pro omnibus modo simul, sed pro singulis etiam caput meum devovere non dubitabo, quam ut eius servandi vel leve eos patiar subire incommodum. Praeterea de fuga non suscipienda iurisiurandi testificationem mihi imperasti: per universorum igitur dominum et principem Deum iuro tibi, si te quidquam inimicium contra me molientem cognovero, nervis omnibus et toto, quod aiunt, pede fugiam.

16. Haec iunior dissidente, sub ianua domunculae consistens senior auscultabat omnia. Et ad cetera quidem mutus, ubi fugae illata est mentio, Tu, inquit, tunc ut fugias? Atqui iam iam comprehensus et vinculis constrictus abducere, et ad captivi fortunam

οὐδὲ τριῶν ὀβολῶν ἐθελήσω λύσασθαι τῆς δουλείας· εἶτα μι- A.C. 1321  
 κρὸν προσβάς, „ὄρατε” ἔφη πρὸς τοὺς παρόντας „ὅπως τοῖς  
 ἐμοῖς λόγοις οὗτος συμμαρτυρεῖ, σκληρὸς ὢν καὶ αὐθάδης  
 καὶ πέρα τοῦ δέοντος ἀλαζών; ἤδη καὶ ὑμῖν ἔστι σαφῶς ἐκ  
 5 τῶν πραγμάτων καταμαθεῖν.” ὁ νέος δ’ Ἀνδρόνικος, „ἐπ’  
 ἀληθείας” εἶπεν „ὦ βασιλεῦ, οὔτε σκληρὸς εἰμί τις, οὔτε αὐ-  
 θάδης, ἀλλὰ τῶν ἐμῶν ἁμαρτιῶν ὁ σωρὸς τοιοῦτον εἶναι φαί-  
 νεσθαι σοι ποιεῖ· ἐγὼ δ’ ἐπὶ μάρτυρι λέγω τῷ εἰδῶτι πάντα D  
 θεῷ, ὡς οὐδὲν τοιοῦτον ἐματιτῷ σύννοδα εἰργασμένην ὡς ἄξιον  
 10 εἶναι τῆς τσοαύτης ὀργῆς. διὸ δὴ καὶ δέομαι τοῦ σοῦ κράτους  
 συγγνώμης κἂν τε ἡμαρτον τυχεῖν, κἂν τε μή. πρὸς τοὺς πό-  
 δας γὰρ ἐφίεμαι τοὺς σοὺς ἀποθανεῖν,” αἰνιττόμενος, ὡς οὐκ  
 ἂν αὐτοῦ βουλήσοιτο ἀποστῆναι χωρὶς ἀνάγκης. ἅμα δὲ τού-  
 τοις τοῖς λόγοις καὶ πρὸς γῆν κατεκλίνετο ἀσπασόμενος τὸν  
 15 πόδα τοῦ βασιλέως. ὁ δ’ ἀνεῖχε λαβόμενος τοῦ ὄμου, ἅμα καὶ  
 λόγοις τὸ ἔργον ἀπαγορεύων ὡς δ’ ἐώρα βιαζόμενον, ἀφεί-  
 δων ἑαυτοῦ, δεισας ὁ πάππος, μὴ τῇ βίᾳ τῆς κεφαλῆς διαστῶ- P. 50  
 σιν αἱ τρίχες, ἐνέδωκε τὴν κατάκλισιν· ὁ δὲ κατακλιθεὶς ἡ-  
 20 σπάσατο τὸν πόδα τοῦ βασιλέως. εἶτ’ ἀναστάντος τῆς κεφαλῆς  
 λαβόμενος ὁ βασιλεὺς, κατεφίλει τὰς ὕψεις. τοῦτο δὴ ὁ πατρι-  
 ἀρχης καὶ οἱ τῆς συγκλήτου παρόντες ἰδόντες καὶ διαλλαγῆς  
 ἀπόδειξιν νομίσαντες ἤδη βεβαίως τῶν βασιλέων, πολλὰς ἀφῆκαν

redigere. Ego vero nec tribus obolis, si possim, te e servitute ex-  
 meriam. Dehinc paululum progressus, Cernitis, inquit ad praesen-  
 tes, quemadmodum iste verbis meis fidem conciliet, contumax vide-  
 licet, se magnifice circumspiciens, et immodice arrogans? Quod ex  
 re ipsa vobis licet discere. Subiicit iunior: Equidem neque con-  
 tumax sum, neque mihimet tantopere plaudo, sed multitudini pec-  
 catorum meorum acceptum refero, quod talis tibi videar. Testor  
 Deum, quem nihil latet, haud me ullam culpam ira tua tam atroci  
 dignam commeruisse. Quapropter potentiam tuam obsecro, seu no-  
 xius seu innoxius sum, mihi ignoscas: ad tuos enim pedes mori  
 cupio (significans, non nisi coactum ab eo recessurum). Et simul  
 cum hoc dicto ad terram procumbebat, avi pedem osculaturus; quem  
 ille humeris eius obnitens abstinebat, ac voce item prohibebat, tan-  
 demque amplius luctantem capillis retinebat. Cum etiam sic sibi-  
 met non parcens, vi summa pergeret, metuens avus, ne illa violentia  
 crines a vertice abstraherentur, terram petere et pedi osculum  
 figere permisit, surgentemque capite apprehendens, oculos eius de-  
 osculatus est. Quo conspecto, patriarcha quique aderant proceres  
 hoc minime dubium redintegratae inter imperatores amicitiae argu-  
 mentum rati, ingeminatis vocibus Deo pacis largitori gratias agere.  
 Quin et iunior imperator cum magno domestico et protostratore se-

- A.C. 1321 φωνάς εὐχαριστοῦντες Θεῷ τῷ χορηγῷ τῆς εἰρήνης. καὶ αὐτὸς δὲ βασιλεὺς ὁ νέος καὶ οἱ περὶ αὐτὸν διηλλάχθαι νομίσαντες τῷ ἑγγόνῳ τὸν βασιλέα, ἔχαιρόν τε αὐτοὶ, καὶ εὐτυχίας ἄκρας ἠγοῦντο τὴν ἡμέραν ἐκείνην. ἐκ τῶν βασιλείων οἰκάδε Βὸ νέος βασιλεὺς ἀπελθὼν, διηγεῖτό τε τοῖς φίλοις τοὺς κατὰ 5 τὴν δίκην λόγους, συνεόρταζόν τε καὶ συνέχαιρον ἀλλήλοις. μηνύουσι δὴ καὶ Συργιάνῃ τὰ γεγονότα, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς συγχαίρη τοῖς φίλοις χairoυσι καὶ μηδεμίαν ἔχη φροντίδα τήκουσαν τὴν ψυχὴν, ὡς τῶν προτέρων ἤδη βουλευμάτων διαλυθέντων καὶ βεβαίως εἰρήνης γεγενημένης τοῖς βασιλεῦσι 10 καὶ κατ' εὐχὴν αὐτοῖς τῶν πραγμάτων κεχωρηκότων. τοῦτο V. 41 γὰρ ἤρχοντο, τὸν μὲν βασιλέα τῆς εἰς τὸν ἑγγονον ἀπεχθείας μεταβαλεῖν, αὐτοὺς δὲ κινδύνων ἔξω καταστάντας ἡσυχίαν ἄγειν. οὕτω μὲν οὖν αὐτοῖς ἔχειν ἐδόκει τὰ γεγενημένα· τὰ δ' ἦσαν ἕτερον τρόπον, ὡς ἔδοξε τοῖς πολλοῖς ἐκ τῶν μετὰ 15 C ταῦτα. ἐκρίθη γὰρ διανοία γεγενησθαι τοιαύτη. ἔθος ἐπεκράτησε παρὰ τοῖς βασιλεῦσι Ῥωμαίων, ἐπειδὴν τις τῶν καθ' αἷμα προσηκόντων ἢ καὶ ἄλλως τῶν ἐν τέλει, προσκυνήσας ἀσπάσθαι τὸν πόδα τοῦ βασιλέως, ἀντασπάζεσθαι καὶ αὐτὸν [αὐτὸν] εἰς τὴν ὄψιν. καὶ τότε δὴ τοῦ νέου βασιλέως ἀσπα- 20 σαμένου πρὸς τὸν πόδα τὸν πάππον, ἵνα μὴ εἰς ἄκρον ἀπεχθείας ἐλληλακέναι δοκῆ, οὐδὲ τῶν ἰδιώταις προσηκόντων ἀξιώων τὸν ἑγγονον καὶ βασιλέα, ἀντεφίλησεν εἰς τὸ πρόσωπον καὶ D αὐτό. ἀλλὰ τὰ μὲν τῆς πρὸς ἀλλήλους διαλέξεως τῶν βασι- 20. Unci vulgo desunt.

niorem placatum arbitrati, laetitia exsultare diemque illum candidissimum iudicare. Et rediens domum, nepos inquam, sermones in iudicio habitos necessariis suis memorabat; qui omnes una diem festum communibus gaudiis exigebant: Syrgianni insuper acta perscribentes, ut et ipse gauderet cum amicis gaudentibus, neque se ulla in posterum cura maceraret; utpote abiectis iam prioribus consiliis, et stabili inter imperatores concordia revocata et confectis omnibus ex sententia. Hoc enim erat, quod votis saepe numero petiverant: ut avus odium contra nepotem deponeret, ipsique periculorum metu soluti ac liberi, vitam placidam et quietam degerent. Quae igitur gesta fuerant, huic in modum habere se illis videbantur: aliter tamen habuisse, multi ex iis, quae postea consecuta sunt, intelligebant. Hac enim mente gesta fuisse, iudicabatur. More Romani imperatoribus receptum erat, cum consanguineorum aut magistratuum aliquis secundum adorationem pedem imperatoris osculo contigisset, ut imperator vicissim eius faciem deoscularetur. Cum itaque tum nepos avi pedem osculatus fuisset, ille, ne inexcipiabili odio flagrare crederetur, si ne iis quidem nepotem et imperatorem dignaretur, quae privatiis tribuerentur, faciem eius contra et ipse osculo



λέων ἐπὶ τῆς δίκης ἐνταῦθα ἐτελεύτησε· δυοὶ δὲ ὕστερον ἡμέ- A.C. 1321  
 ραις μετὰ τοῦτο ὁ πρεσβύτερος τῶν βασιλέων τῷ μεγάλῳ  
 διὰ τινος δηλοῦ δομωστικῷ πρὸς Πελοπόννησον ἀπελθεῖν, ἐκεί-  
 νης ἐπιτροπεύσοντα. τὸ δ' εὐθύς ἐδόκει μὲν εἶναι τῶν ἀριστε-  
 5 ρῶν οἰωνῶν· ὅπως δ' ἀνακωχὴ γένηται, καὶ βασιλεὶ τῷ νέῳ τὰ  
 τῆς ἀγγελίας δῆλα γενέσθαι, ἀντεμήνυσε καὶ αὐτὸς τοιαῦτα  
 „τῆς εἰς ἐμὲ εὐμενείας καὶ προμηθείας, ὃ βασιλεῦ, πολλὰς  
 μὲν καὶ ἄλλας ἔχω τὰς ἀποδείξεις, μάλιστα δὲ τὸ ἐξ ἡλικίας,  
 ὡς εἰπεῖν, πρώτης εἰς ἀρχὰς ἐκλέγσθαι καὶ διοικήσεις ἐπιτρέ-  
 10 πειν πόλεων τε καὶ στρατιῶν, οἰκοθεν ὠρμημένον· καὶ τὸ νῦν P. 51  
 δὲ τοῦτο πολλὰς τῷ σὺ κράτει πεῖθει χάριτας ὁμολογεῖν, βα-  
 σιλεῦ. δέομαι δὴ καὶ ταύτην ἐπιθεῖναι τὴν χάριν, τὴν παροῦ-  
 σαν ἐπιτρέψαι πρὸς διάσκεψιν ἡμέραν, ὡς ἐς τὴν ὕστεραίαν  
 ἐπιτέταγμαί τὴν ἀπολογίαν ἀποδώσονται.” πρὸς μὲν δὴ τὸν πρε-  
 15 σβύτερον τῶν βασιλέων ἀπεκρίνατο τοιαῦτα· ἥ δὲ τάχος, ἀπεί-  
 θων πρὸς τὸν νέον, τὸ τοῦ βασιλέως ἐπίταγμα ἀνογγέλλει,  
 καὶ Συναδηνοῦ παρόντος τοῦ πρωτοστράτορος. τοῖς δ' ἐδόκει  
 βουλευτέα πάλιν ἐξ ἀρχῆς εἶναι περὶ τῶν ὄλων πραγμάτων  
 οὐδὲ γὰρ πρὸς ἓνα φέρειν τὸν κίνδυνον, πρὸς πάντας δέ.  
 20 ἦρχε δὲ ὁ βασιλεὺς τῆς βουλῆς οὕτω διαλεχθεῖς· „αὐτοὶ μάρ-  
 τυρες ἡμεῖς καθεστήκαμεν ἑαυτοῖς, ἔχοντες καὶ θεόν, ἐφ' οἷς  
 βεβουλευμένα, συνειδῶτα, ὡς οὐδ' ἠττηθέντες λύπη, οὐτ' εἴ-  
 ξαντες ἀκαίρῳ θράσει καὶ παραβόλῳ, οὐτ' ἐπράξαμεν οὐτ' ἔβου-  
 14. Lege ὧν ἐπιτέταγμαί, ut sensus loco constet. 15. τάχος  
 correxi, cum vulgo esset τάχος.

libavit. Ac imperatorum quidem lis et controversia in iudicio hunc  
 finem tulit. Tertio post die senior magno domestico per certum ho-  
 minem mandat, ut in Peloponnesum, ei praefuturus, discedat: id  
 quod statim pro sinistro augurio fuit. Sed quo res tantiaper extra-  
 heretur, dum super hoc mandato nepos certior fieret, haec illi per  
 internuntium respondit: eius erga se benevolentiae curaeque cum alia  
 non levia argumenta proferre posse, tum illud inprimis, quod ul-  
 tro et sua sponte sibi paene adhuc puero magistratus dedisset, civi-  
 tates et exercitus regendos commisisset. Et hoc ipsum, quod modo  
 imperaret, ad singulares ipsius maiestati gratias agendas stimulum  
 sibi addere. Rogare autem, hanc unam gratiam adiceret, praesen-  
 tem diem ad deliberandum sibi concederet: crastina luce de manda-  
 tis responsurum. Haec ad avum. Ad nepotem vero sine mora abiens,  
 praesentem etiam protostratore, quid in mandatis acceperit, narrat.  
 Tum rem a capite arcessendam, et de integro consultandum videri:  
 neque enim ad unum, sed ad omnes communiter periculum perti-  
 nere. Initium fecit iunior imperator, loquens verba huiusmodi.  
 Testes ipsi nobis sumus et deum habemus conscium eorum, quae in  
 consiliis agitavimus: quodque nec moestitudini succumbentes, nec in-  
 tempestivae et inconsideratae audaciae cedentes, quidquam iniustum

- A. C. 1321 λευσάμεθα τι τῶν μὴ δεόντων. ἀλλὰ τσοαύτην ἐνεδειξάμεθα μεγαλοφυχίαν καὶ καρτερίαν πρὸς τὸ μὴδ' ἠτινοῦν αἰτίαν ἐφ' οἷς ὁ βασιλεὺς βεβούληται καθ' ἡμῶν αὐτοὶ παρασχεῖν, ὥστ' εἰ μὴ θεὸς ἄνωθεν ὑπερέσχε χεῖρα, οὐδὲ πάνυ πρόφω τῶν θανάτου κατηγήκαμεν πυλῶν. ἄχρι μὲν οὖν δεῦρο τὸ τοῖς δεινοῖς ἐγκαρτερεῖν αὐτός τε ἐπήνουν καὶ συνεβούλευον ὑμῖν: ἔτι γὰρ ὄντων ἐν ἀδήλω τῶν καθ' ἡμᾶς, πρὸς ἐμὲ μόνον ᾤετο τὴν διαφορὰν ἔχειν ὁ βασιλεὺς, καὶ μαλακώτερον ἤπτετο τῶν Cπραγματίων, εὐχερῶς νομίζων, ὅταν ἐδελήσῃ πρὸς πέρας ἀγαγεῖν ἢ προήρητο, δρᾶν· νυνὶ δὲ φανεροῦ γεγενημένον τοῦ τινασι 10 εἶναι τοὺς συναυριόμενους ἐμοί, οὐκέτι τῶν ὁμοίων ἔξεται λογισμῶν, ἀλλὰ πρότερον ὑμᾶς ἐν ἀρχῶν προσχηματι διαστήσας ἐμοῦ, καὶ τῆς παρ' ἀλλήλων ἡμᾶς ἐπικουρίας ἀποστερήσας, πᾶσι διὰ τὴν μόνωσιν οὖσιν ἀσθενεστάτοις, ἦν ἂν βούλοιο, δίκην ἐπιθήσει. νῦν μὲν οὖν σοὶ τὴν πρὸς Πελοπόννησον ἐπέ-15
- V. 42 ταξεν ἀπιέναι· εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ πρωτοστράτορι ἑτέραν δῆθεν ἀρχὴν τινα πρὸς ταῖς ἑσχατιαῖς τῆς Ῥωμαίων γῆς ἐγ- D χειρίσει καὶ καταναγκάσει πρὸς τάχος γε ἀπιέναι· ὑμᾶς δ' ἐκποδῶν ποιήσας τοὺς περιφανεστέρους, τότ' ἤδη καὶ περὶ ἑτέρων εἰπέρ εἰσιν ἀνερευνήσει. πάντα δ' ὡς ἂν αὐτῷ καλῶς 20 ἔχοι πρότερον διαθήμενος, ὡς ἤδη πρὸς καταστροφὴν εὐπειχείρητον ὑστερον χωρήσει καὶ πρὸς ἐμέ. ἀλλ' ἕως ἔρει τις, ὡς, εἶγε κατὰ λόγον τὸν σὸν σὲ τῆς ἀπὸ τούτων ἐπικουρίας ἀποστερηῆσαι βουλόμενος ἀρχὰς αὐτοῖς ἐγχειρίσει τὰς ἐν ἑσχατιαῖς τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, ῥᾶον ἢ δῆπον καὶ λυσιτελέστε-25

vel egimus, vel consulimus: sed ideo tantam animorum altitudinem ac tolerantiam prae nobis tulimus, ne imperatori in nos secus statuendi minimam causam daremus. Quod nisi deus desuper manum suam extendisset; haud longe admodum a porta mortis abfuimus. Hucusque igitur in rebus afflictis perdurare ego et laudavi, et vobis, ut id faceretis, auctor fui. Quippe nondum patente conspiratione nostra, mecum solo putabat imperator sibi esse negotium; et segnius agebat, confisus, parvo labore, cum libuisset, meditata opera perfecturum. Nunc, quoniam constat, esse qui me adiudent, aliter sentiet: et postquam vos praetextu praefecturarum a me divellerit, mutisque nos auxiliis spoliaverit, omnibus propter disjunctionem solitudinemque iam imbecillimis poenam pro arbitrato irrogabit. Hodie tibi, domestice, imperavit Peloponnesum capessere: cras protostratorem ad aliam quandam provinciam in ultimis Romani imperii finibus amandabit celeriterque proficisci compellet. Ubi vos illustriores et ipsa capita e medio removerit, tum iam et reliquos, si qui sunt, investigabit, totaque re antea ex sua sententia bene constituta, tandem pro catastrophe ad me quoque, ut superatu facilem, se convertet. Dicit quispiam: si, ut ais, te horum virorum praesi-

ρον πολὺ συλλαβόντα καὶ κατακλείσαντα φρουρᾷ τῆς ἀπὸ τοῦ—A.C. 1321  
των ἀηλλάχθαι φροντίδος· τί γὰρ ἔσται τὸ κωλύσον τοῦ  
ταῦτα καταπράξασθαι τὸν βασιλέα; — καὶ νοῦν ἔχοντα λόγον  
ἔρει, τὸ κωλύσον μὲν οὖν οὐδέν· συντετὸν δὲ ὄντα καὶ πολλῶν P. 52  
Ἐπραγμάτων ἔμπειρον τὸν βασιλέα τοῦτο λέληθεν οὐδαμῶς ὡς  
ἀλυσιτελές, πρὶν ἀκριβῶς ἐκμαθεῖν, ὅποσοι τινὲς καὶ οἴοι τὴν  
πρὸς ἐμὲ προείλοντο κοινωνίαν, ὁμοίως πρὸς τὸ πολεμεῖν. δέος  
γὰρ μὴ πολλῶν τινῶν καὶ δυνατωτάτων ὄντων ἓνα μὲν ἢ καὶ  
δύο καθείρηξ, τῶν δὲ λοιπῶν ἤδη πρὸς ἀνάγκην συνισταμέ-  
10νων, οὐ κατὰ νοῦν χωρήσῃ τὰ πράγματα αὐτῷ. εἰκὸς δὲ αὐτὸν  
καὶ πολλοὺς τινὰς καὶ δυνατοὺς τοὺς τὰ ἡμέτερα εἶναι οἰεσθαι  
προσηρημένους· τὸ γὰρ ἐν τῇ δίκῃ πρὸ τῆς χθρὸς ἐμὰ μόνον  
ἐναπειλημμένον μὴ καταπεσεῖν μηδὲ δειλία συσχεθῆναι τι,   
ἀλλ' ἀτρέπτῳ καὶ φρονήματι καὶ ἤθει μετὰ ἀσφαλείας ἀντι-  
15λέγειν πολλῆς, τὸ καὶ τὸν Μελιτηνιώτην ἔξωθεν ἑστάναι τινὰς B  
τῶν δυνατῶν ἀπαγγεῖλαι ὑπὲρ ἐμοῦ πάντα πράττειν προσγεύ-  
μενον προθυμουμένους, οὐκ ἐπὶ μικρὸν κατέσεισε τοὺς λογισμοὺς  
τοὺς βασιλικούς. διὸ τότε μὲν εὐθύς ὅπερ ἀσφάλειαν ἔδοκει  
παρέχειν ἔπραττε, τῶν θρόνων ἔξαναστάς. νυνὶ δὲ καλῶς ἔχειν  
20ἔδοξεν αὐτῷ τοὺς καταδήλους γενομένους ὑμᾶς ἐν εὐεργεσίας  
προσχῆματι ἀποστήσαι, καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν, αὐτῶν διδασκόν-  
των τῶν πραγμάτων, οἷς οἰήσεται λυσιτελήσειν ἐπιχειρήσει. τού-  
των ἕνεκα πάντων οὐκέτι διαμέλλειν οἴομαι δεῖν, οὐδὲ πρὸς  
7. Post polemein excidit lena vel simile quid.

dio nudare volens, provincias in remotissimis Romani imperii oris  
illis describit, expeditius erat sine dubio multoque utilius, si iis  
apprehensis et custodia clausis, curis se hisce exuisset: quid enim  
est, quod istuc facere prohibeat imperatorem?—Recte, quod illum  
prohibeat, nihil est: sed callidum usque rerum doctum imperato-  
rem nequaquam fallit, haud conducere, priusquam exquisite norit,  
quot et quales sint, qui mecum societatem coierint, ad pugnandum  
cominus aggredi. Timendum enim, ne si multi sint ac potentissimi,  
unum quidem alterumve in vincula tradere queat; ceteris autem  
iam necessario coniurantibus, cogitata perficere non possit. Probabile  
porro est, eum existimare multos et opulentos nostrarum esse par-  
tium. Nam quod in iudicio nudistertius ego solus interceptus non  
conciidi, neque timiditate aliqua concussus, multa cum fiducia con-  
stantique animo contradixi; quodque accessit, ut Melitenensis ve-  
niens nuntiaret, foris stare quosdam potentes, mea causa paratos ad  
omnia, non parum eius consilia turbavit: unde statim throno ex-  
liens, securitati suae consuluit. Nunc sibi conducere censuit, vos  
delatos, per speciem beneficentiae a me distrahere. Postea iterum  
rebus ipsis docentibus, quibus se operae pretium facturum putabit,  
nos aggredietur. His omnibus de causis non amplius tergiversandum,  
nec, quasi prae malorum magnitudine de potestate exissemus, salu-

A. C. 1321 προὔπτον κίνδυνον αὐτοὺς ἀμελεῖν, ὅσπερ ὑπὸ μεγέθους τῶν δεινῶν ἐκστάντας τῶν λογισμῶν, ἀλλ' αὐτοὺς διασωῶζειν, ὡς ἂν Κοῖοί τε ὦμεν. ἔτι γε μὴν καὶ γνώμην ἑτέραν περὶ τῶν προκειμένων, εἶγε καὶ ὑμῖν συνδοκεῖ, βούλομαι ἐξενεγκεῖν. ποίαν δὴ ταύτην; ὁ βασιλεὺς καὶ πάππος ὁ ἐμὸς, καθάπερ ἴστε δὴ καὶ αὐτοί, καταδήλους τοὺς ἐμοὶ συνόντας ἐζήτησεν αὐτῷ ποιῆσαι. τότε μὲν οὖν ἀρμόζοντας ἀπεκρινάμην τῷ καιρῷ λόγους, μῆτ' εἶναι εἰπὼν τοὺς συνόντας ἐμοὶ τινας, μῆτ' εἶπερ εἰσὶ, καταδήλους αὐτοὺς ποιήσειν· νῦν δὲ μοι δοκεῖ λυσιτελεῖν πρεσβεῖα χρησάμενον πρὸς αὐτὸν, ὅτι τέ εἰσιν ὁμο-10 λογησάμενοι καὶ ὄρκους αὐτὸν ἀπαιτῆσαι πιστώσασθαι, μὴ μνησικαχῆσειν αὐτοῖς μηδ' ἀμνησθῆναι τῆς εὐνοίας τῆς εἰς ἐμέ. εἰ μὲν οὖν ἡμέρωσ καὶ προσηνῶς τοὺς παρ' ἐμοῦ δεξάμενος λόγους ὄρκους πιστώσεται τὴν ἀπάθειαν τοῖς ἐμοῖς φίλοις, ἐναργὲς ἂν εἶη τεκμήριον, ὡς αὐτὸς τε καθαρῶς διήλλακται πρὸς15 ἐμέ, καὶ τὸ ὑμᾶς εἰς ἀρχὰς ἐκπέμπειν οὐ περιέργως οὐδ' ἐπιβούλως, ἀλλ' ἀπλῶς αὐτῷ οὕτως ἐπιενόηται· εἰ δ' ἀγανακτήσει καὶ ἀποσεισέσθαι τὴν πρεσβεῖαν, μηδεμίαν ἄλλην ἀπόδειξιν ἐναργεστέραν ζητεῖν τοῦ πάντα συσκευάζεσθαι καθ' ἡμῶν. χρησόμενοι δὲ πρεσβευτῇ τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ τῷ Μετοχίτῃ, ἔπειτα δὴ καὶ τότε μεσιτεύσαντι πρὸς τὰς ἀγγελίας ἐμοὶ καὶ τῷ βασιλεῖ, καὶ παρῴρησιαν ἔχοντι πρὸς αὐτὸν, ὥστε θαυμάσαι περὶ τοιούτων πρεσβεύειν.

P. 53 ιζ'. Τοιαῦτα τοῦ νέου βασιλέως βουλευσαμένου, καὶ τοῦ V. 43 μεγάλου δομεστίκου καὶ πρωτοστράτορος ὡς καλῶς ἔχει συν-25 επιψηφισαμένων, αὐτοὶ μὲν ἕκαστος οἵκαδε ἀπεχώρουν· βασι-  
 tem nostram usque ad ipsum periculi nobis praevisi punctum negligendam: sed eam pro viribus conservandam opinor. Volo tamen, si vobis placet, super eo, de quo agimus, et aliam sententiam proponere. Quam illam? Avus socios meos qui essent, scire studuit; ego pro tempore tum respondi, neque socios mihi esse ullos, neque si essent, me ipsos nominaturum. Atqui modo profuturum sentio, legatione missa confiteri, habere me socios, et poscere ab eo iuramentum, mea causa non fore iniuriae memorem, neque malum ipsis daturum. Si pacate et mansuete petitionem excipiens, impunitatem illis sacramento promiserit, evidens erit indicium, et mecum citra fucum in gratiam rediisse et vos sine astu et insidiis candideque in provincias mittere cogitasse. Si indignatus legationem reiciet, nulla erit hac ipsa firmior probatio, omnia haec subdole contra nos instituta et comparata esse. Legatum magnum logothetam Metochitem adhibebo, qui tum quoque meus et avi interpres fuit, quique ea est apud illum auctoritate, ut obire hoc munus non reformidet.

17. Hoc consilio a iuniore Andronico explanato, a magno autem domestico et protostratore approbato, singuli domum concesserunt.

λεὺς δ' ὁ νέος τὸν μέγαν μετακαλεσάμενος λογοθέτην, οὕτω A. C. 1321  
 διεπρεσβεύετο πρὸς τὸν πάππον „Ἡ εἰς ἐμὲ πρὸ τῆς χθρῆς γε- B  
 γενημένη παρὰ τῆς σῆς γαληνότητος, ὡ βασιλεῦ, εὐεργεσία  
 πολλὰς καὶ δικαίας ὁμολογεῖν χάριτας τῷ σῷ πείθει κράτει.  
 Ἐκὰν γὰρ ἀπὸ ταραχῆς καὶ ὀργῆς ἤρξαν οἱ λόγοι, ἀλλ' εἰς τέλος  
 ἡμερον καὶ συμπαθείας γέμον ἀποκαταστάντες, μᾶλλον εὐφρα-  
 ναν, ἢ καθ' ὅσον πρότερον ἐλύπον. διὸ δὴ καὶ τῶν μὲν προ-  
 τέρων, ὡς πατρικῆς ὄντων καὶ παιδείας καὶ κηδεμονίας, οὐδ'  
 ἀναμιμνήσκεισθαι ἄξιόν· ἃ δ' ἐν ὑστέρω πέπρακται, ὡς ἄξια  
 10 καὶ μεγαλοψυχίας καὶ εὐμενείας καὶ πατρικῆς καὶ βασιλικῆς,  
 ἀνεξάλειπτα δεῖν ἔγνωσιν φυλάττειν ἐν τῇ ψυχῇ. Ἐπει δ' ἐν τι  
 τῶν τότε ἐφθάντων ἐμὲ τε δεινῶς ἐκταράττει καὶ φροντίδας C  
 οὐ παρέχεται μικρὰς, καὶ ἑτέροις ἐνέσεισεν οὐ τὸν τυχόντα  
 φόβον, δεομαι τῆς σῆς γαληνότητος ἰσασθαι καὶ ταύτην τὴν  
 15 ἄλγηδόνα. ἔστι δ' ὃ λέγω τοιοῦτον σοῦ, βασιλεῦ, ἐμοὶ διὰ  
 τοῦ μεγάλου λογοθέτου προστάξαντος τουτουὶ, καταδήλους σοι  
 θέσθαι τοὺς συνόντας καὶ συναιρομένους ἐμοὶ, τότε μὲν παν-  
 τάσασι μὴ εἶναι οὐκ ἡρησάμην, πλὴν ἀπὸ λογισμῶν εἰκότων  
 ἐπεχειροῦν, ὡς οὐκ ἂν εἴην, ἀποδεικνύμαι. οἷδ' ἦσαν τὸ μῆ-  
 20 ροτε πόρον ἔχειν ἐμὰ χρημάτων, οἷς ἂν ἴσως πείσαιμι τινὰς προσ-  
 ἔχειν ἐμοὶ, μῆτ' ἔξουσίας ἀπολαύειν παρὰ σοὶ καὶ παρῶστας,  
 βασιλέως παιδὶ προεπούσης, δι' ἣν ἂν καὶ θεραπευθεῖην παρὰ D  
 τῶν τῆς ἐμῆς ὠφελείας δεησομένων. νυνὶ δὲ αὐτὸ τε τὸ πρῶ-

ad avum illum mittere instituebat: „Quo beneficio ante hesternum diem serenitas tua me ornavit, id me ad amplas meritasque gratias agendas impellit. Quamquam enim sermo a perturbatione et ira principium caperet, tamen in finem suavem affectionis plenum desinens, delectationis copia antecedentem molestiam obruit. Quare priorum, ut a paterna castigatione ac sollicitudine profectorum, meminisse nolo; quae autem posterius abs te facta sunt, ut digna magnanimitate imperatoria paternaque caritate, ea mihi in medullis infixae semper manebunt. Ceterum quia tum quiddam prolatum graviter me angit, et cura non levi sollicitat, nec aliis quoque exiguum timorem incutit, oratam volo serenitatem tuam, ut huic etiam dolori medeatur. Quod dico, tale est. Cum mihi per magnum logothetam praeceperis, ut ministros atque socios meos tibi indicarem, tunc ego quidem non omnino et absolute eos habere me negavi: verumtamen rationibus verisimilibus demonstrare contendi, eos esse nullos posse. Quae erant: quod nec viam et modum adipiscendae pecuniae nossem, qua fortasse quosdam ad obsequelam meam inducerem: nec possem apud te frui eo iure eaque licentia, quae imperatoris filio deberetur; propter quam etiam colerer ab iis, qui opem meam desideraturi essent. Nunc res ipsa consortes meos qui sint spernit, et ego de iis confiteor. Attamen, quod et tum dicebam,

A.C. 1321 *γμα φανερούς ζήνάκασε γενέσθαι τοὺς προσκεκμένους ἐμοί, καὶ αὐτὸς δὲ ἐγὼ εἶναι ὁμολογῶ· πλὴν, ὅπερ καὶ τότε ἔφην, οὐκ ὀφείλοντες χάριν, ἀλλὰ προκατάρχοντες μᾶλλον χάριτός εἰσιν. διὸ δὴ καὶ ἀντιβόλω τὴν σὴν ἡμερότητα, βασιλεῦ, ὄρκους ἐμοί τε καὶ αὐτοῖς πιστώσασθαι τὸ ἀπαθεῖς κακῶν μέχρις παντὸς διατηρηθῆναι. οὕτω γὰρ ἐμοί τε καὶ αὐτοῖς θαυμάσιασιν ἀφόβως τε βιοῦν καὶ τῷ σῶ κράτει χάριτας ὁμολογεῖν*

P. 54 *πολλὰς περιέσται·*” Τοιαῦτα μὲν ὁ νέος βασιλεὺς πρὸς λογοθέτην διεξῆλθε τὸν μέγαν, ὡς ἀπαγγελοῦντα τῷ κάμπῳ καὶ βασιλεῖ, συναρᾶσθαι καὶ αὐτὸν ἀξιώσας πρὸς τοῦτο, καὶ τῆνιο τῶν ὄρκων ἐκπλήρωσιν ὑποθέσθαι τῷ βασιλεῖ, ὡς πολλῶν ἀγαθῶν ἐκ τούτου συμβησομένων. ὁ δ’ εὐθύς „ἔγωγες” εἶπεν „ῥῆθην, ὦ βασιλεῦ, τὴν ἐμὴν παρὰ σοῦ κλήσιν πρὸς τι φέρειν τῶν ἀγαθῶν. ἐνόμιζον γὰρ, ὡς ὑποπεπτωκότας τινὰς καὶ θεραπευτικὸς λόγους δι’ ἐμοῦ μὴνύσεις τῷ βασιλεῖ, ἐξ ὧν<sup>15</sup>

V. 44 *ἡμερωτέραν ἀπεργάσῃ καὶ πράξειαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν. τὸ δ’ ἐναντίως ἔχει μᾶλλον ἢ αὐτὸς προσεδόκων. ὅθεν οὐδ’ αὐτὸς ἄγγελος εἶναι βουλήσομαι τοιούτων, οὐδ’ εἰς ὄργην ἐξάψαι B μᾶλλον διὰ τούτων τοὺς τῶν βασιλέως θυμούς. οὐδὲ γὰρ οὐδ’ ἀκοῇ παρειλήφασμεν ἄχρι καὶ νῦν τοὺς δεσπότητας ὀμνύναι τοῖς 20 δουλοῖς, τοῦναντίον δὲ μᾶλλον ἢ εἰ τοῦτο γένοιτο, καὶ ὁ δεσπότης ὀφλήσει τοῖς ὑπηκόοις, ὅπερ ὄφλουσιν αὐτοὶ τοῖς δεσπότηταις, ὅπερ ἀτοπίας οὐκ ἂν εἴη μακρὰν. ἐγὼ δὲ καὶ ἀπορίε δεινῇ συνέχομαι, ἂν ὁ βασιλεὺς ἔρηται, ὅτου χάριν πρὸς σε ἀφῆμαι, τίνα ἂν ἀπολογίαν εὐπρόσωπον ἀποδοίην. πρὸς ἐκεῖ-25*

non mihi gratiam referunt; sed potius gratia me anteverunt. Quocirca tuae mansuetudini supples fio, nobis iureiurando fidem facias, non id illis unquam fraudi futurum. Sic namque mihi iisdemque fidentibus, metus expertes vivere, tuaeque maiestati amplissimas agere gratias licebit.” Haec ad magnum logothetam nepos, ut avo imperatori ea expositurum, et sibi quoque in ea re operam daturum, quod cupiebat, eumque de iuramento concipiendo, ut pluribus inde commoditatibus promanaturis, admoniturum videlicet. Logotheta continuo: „Ego me boni alicuius ergo ad te vocatum interpretabar, nempe ut avo subiectionem tuam plenamque obsequii voluntatem tuo nomine indicarem: quo pacto eum placidiorem tibi mitioremque efficeres. Atqui me scellit augurium, et contrarium evenit. Quapropter nec nuntiare haec, nec eius animum talibus verbis exacerbare volo; quando usque hodie inauditum est, dominos iurare servis. Quod si fiat, domini condemnabuntur servis, quemadmodum illi dominis; quod insolens et absurdum est. Ego vero anceps haereo dubiloque vehementer, si quaesierit imperator, cur ad te ierim, quid honeste respondeam. Sed causam aliquam protectionis ad te meae comminiscar:

νον μὲν οὖν αἰτίαν τινὰ πλάσσομαι τῆς ἀφίξεως, σοὶ δὲ πα- A. C. 1321  
 ραινῶ καὶ προσέτι καὶ ἱκετεύω, μηκέτι μηδαμῶς περὶ τοιούτων  
 λόγον κινεῖν. συνορῶ γὰρ αὐτὸς, ὡς εἰς κακὸν ἀνήκεστον τε-  
 λευτήσῃ, ἂν εἰς ἀκοὴν ἔλθῃ τῷ βασιλεῖ." „ἔμοι δὲ τοῦναντίον  
 Σάπαν ἔπεισι καὶ νόειν καὶ λέγειν" ὁ νέος εἶρθε βασιλεὺς „οὐ  
 γὰρ κακῶν αἰτίους τουτουοὶ τοὺς λόγους, ἀλλὰ μυριάων ἀγαθῶν, G  
 ἂν περ ὡς αὐτὸς ἀξιῶ γένηται, νομίζω. ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν  
 προτέρων βασιλείων γεγένηται τοιαῦτά τινα, ἐγγύθεν παρά-  
 σχομαι τὴν ἀπόδειξιν. ὁ γὰρ ἐμὸς πρόγονος, ὁ βασιλεὺς Μι-  
 10χοαῆλ, ἔτι τὴν ἰδιωτικὴν στέργων τύχην καὶ ὑπὸ χειρᾶ τελῶν  
 Ἰωάννη Βατάτζη τῷ βασιλεῖ, κίνδυνόν τινα ὑπονοήσας ἐς  
 αὐτὸν ἤξειν ἐκ βασιλείας, ἠντομόλησε πρὸς τὸν τῶν Περσῶν  
 ἡγεμόνα Σουλτάν εἰτ' ἐκείθεν πρὸς τὸν βασιλέα πέμψας πρε-  
 σβείαν, ὄρκους ἀπήτει τὸν βασιλέα, ὡς τοῦ τε δρασμοῦ συγγνώ-  
 15σται καὶ εἰς τοῦπιόν οὐδὲν κατ' αὐτοῦ βουλευέσεται δυσχερές.  
 ὁ βασιλεὺς δὲ ἄσμενός τε προσεδέξατο τὴν πρεσβείαν καὶ  
 τοὺς ὄρκους ἐδίδου, δεσπότης ὢν, ὥσπερ ὁ ὑπὸ χειρᾶ τελῶν D  
 ἦξιον. οὐκ αὐτὸς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τούτου πολλοὶ ὠφε-  
 λείας ἐνεκά τινας δαμομόκεισαν τοῖς ὑπηκόοις. πρὸς αὐτῆς δὲ  
 20στῆς ἀληθείας, εἶγε καὶ νῦν αὐτοὶ οὗτοι, περὶ ὧν ἐγὼ τοὺς ὄρ-  
 κους ἀπαιτῶ, δείσαντες τὸν κίνδυνόν τινα προσχωρήσωσι τῶν  
 παρακειμένων ἡμᾶς βαρβάρων, εἰτ' ἐκείθεν πέμψαντες ὄρκους  
 ἀπαιτῶσι τὸν βασιλέα, ὥστε μὴ κακῶς παθεῖν ἀδιδίς ἐπανελ-  
 θόντες, οὐκ ἂν οἶει βουλήσεσθαι παρασχεῖν; ἔμοι μὲν δοκεῖ.

te autem hortor et obsecro, ut de reliquo taceas de his penitus:  
 prospicio enim, horribili exitu conclusum iri, si ad aures avi per-  
 venerint." „At mihi plane contra sentire dicereque in mentem venit,"  
 excipit nepos, „non enim mala; sed innumerabilia bona hanc oratio-  
 nem, si ita ut cupio habeatur, parituram nobis confido. Porro quae-  
 dam istius generis etiam sub antecessis imperatoribus usu venerunt.  
 Non longe abiero; meus proavus Michael imperator, adhuc privatus  
 et Ioanni Batatae Imperatori subiectus, quod ab eo atrocius quid-  
 dam sibi paratum suspicaretur, ad Persarum principem Sultanum con-  
 fugit. Inde per legatum iuramentum eum poposcit, quo testaretur,  
 et fugam se condonare et nihil in posterum gravius velle in ipsum  
 statuere. Imperator legatum libenter audiit et quamquam esset do-  
 minus, iuramento, quod subditus petebat, se obstrinxit. Nec solus  
 ille, verum ante illum complures alicuius emolumenti spe subiectis  
 iuraverunt. Dic amabo per ipsam veritatem, si vel hoc tempore illi  
 ipsi, quorum causa ego istud iuramentum exposco, timore periculi  
 ad aliquem finitimorum barbarorum se conferrent, post mitterent  
 et adiurare imperatorem postularent, reversis nihil inficturum mali,  
 numquid recusaturum censes? Equidem non censeo. Ergo quod te  
 iudice alia necessitas exprimeret, id in praesens multorum commo-

- A.C. 1321 ὁ τοίνυν ἐν ἐτέρῳ χρόνῳ γενήσεται, φαίης ἂν, δι' ἀνάγκην, γενέσθω κὰν τῷ παρόντι διὰ τὰ συμβησόμενα ἐκ τούτου πολ-  
 P. 55 λὰ ἀγαθὰ." ἐπὶ τούτοις λογοθέτης ὁ μέγας τούς τε προτέρους  
 V λόγους ἀναλαβὼν καὶ πλείονας ἐτέρους συνείρας, καὶ παν-  
 ταχόθεν ἀλυσιτελῆ καὶ ἀδύνατον τὴν αἴτησιν ἀποδείξας, καὶ 5  
 πρὸς τὸ γενέσθαι τοιούτων ἄγγελος παντελῶς ἀνανεύσας, ἀπῆλ-  
 θεν. ἔφασκε δ' ἐν ὑστέροις χρόνοις, εἰρήνης γενομένης, ὁ προ-  
 σβύτερος βασιλεὺς, ὡς, εἰ περὶ τῶν ὄρκων αὐτῷ ἀπηγγέληθ, ὁμο-  
 μόκει τε ἂν καὶ οὐδὲν ἐτολμήθη τῶν τετολμημένων διὸ καὶ  
 τὴν αἰτίαν ἅπασαν τοῦ πολέμου εἰς λογοθέτην ἀντιτίθει τὸν 10  
 μέγαν. τοῖς φίλοις δ' εὐθύς αὐτῷ παραγενομένοις ἃ τε εἴ-  
 ρηκε καὶ ὧν ἔτυχεν ἀποκρίσεων διηγησάμενος ὁ νέος βασιλεὺς  
 B καὶ τέλος τοῦτο ἐπιφθεγξάμενος, „θεοῦ δὰ τίς ἔγνω βουλήν  
 τε νόον τε ;” ἔτι μέχρι τινὸς ἐκέλευε τῇ μεγαλοψυχίᾳ προσ-  
 καρτερεῖν „ἢ σήμερον γὰρ ἐκδιδάξει τι τῶν ἀγνωσμένων. προ- 15  
 θεσμίᾳ γὰρ οὕσα τῆς πρὸς τὸν βασιλέα τοῦ μεγάλου δομεστί-  
 κου ἀπολογίας, δι' αὐτῆς τῆς ἀπολογίας πρὸς τὸ τί χρῆ βου-  
 λεύεσθαι καὶ δρᾶν δηγήσει.” Οὗτοι μὲν σὺν τοιαῦτα βουλευ-  
 σάμενοι διελέλυντο. πρὸς δὰ τὸν μέγαν δομεστικὸν ὁ χθὲς  
 ἄγγελος ἀφικνεῖται πρὸς βασιλέως, ἀπαιτῶν τὴν ἀπολογίαν. 20  
 ἐποίησατο δὰ τοιαύτην „ἔμοι, κράτιστε βασιλεῦ, τῆς εὐμε-  
 νείας τῆς σῆς πολλὰς ἔχοντι τὰς ἀποδείξεις, ὥσπερ ἔφην,  
 V. 45 ἔτι καὶ τὸ νῦν τοῦτο πλείους καὶ μείζους πείθει τὰς χάριτας  
 C ὁμολογεῖν ἐπὶ πάσαις δὴ ταύταις καὶ ταύτης αἰσῶ τυχεῖν τῆς

dorum exspectatio impetret." Ubi nepos conticuit, magnus logotheta dicta sua iterans aliaque multa accumulans, omnique ratione postu-  
 latum inutile, nec fieri posse demonstrans: praeterea se in ista re  
 nuntium interponere prorsus abnuens, discessit. Pace postmodum  
 constituta, imperatorem avum autumasse ferunt, si de iuramento in-  
 tellexisset aliquid, iuraturum fuisse, et ita tam audacibus facinoribus  
 supersederi potuisse; hinc et totam belli culpam in magnum logo-  
 thetam coniciebat. Mox iunior amicis supervenientibus, quae ipse  
 dixerit, quae logotheta responderit, cum memorasset et ad extre-  
 mum adiecisset: „Dei mentem consiliumque quis cognovit?" uti adhuc  
 paulisper tolerando viros se praestarent, eos est cohortatus: hodie-  
 num quippe diem docturum, quod hucusque fuisset ignoratum. Nam  
 cum magnus domesticus ad respondendum praestitutus sit, eum ipsa  
 responsione et consilii et actionis duces fore. Atque hi quidem, hoc  
 deliberato, digressi sunt. Ad magnum vero domesticam hesternus  
 nuntius revertens, responsum ad imperatoris iussa exegit. Respondit  
 in haec verba: Cum propensi eius in se animi documenta complura  
 habeat, ut ante fassus sit, insuper ista provinciae delatione ad gra-  
 tias uberiorcs agendas se compelli. Orare tamen, post omnia etiam



εθεργασίας, ἐλάττονος οὐδαμῶς ἐμοὶ τῶν ἄλλων νομιζομένης, A.C. 1321  
 τὸ μὴ πρὸς Πελοπόννησον ἀπελθεῖν οὐκ ὄκνη εἶκον, ἣ τὴν  
 ἀρχὴν ἦν τῆς ἐμῆς ἀξίας νομίζων, ἀλλ' ὡς ἐκεῖ τοῦ ἐμοῦ  
 πατρὸς τετελευτηκότος, οὐκ ἂν οἶσων τοὺς χωρίους ἐκείνοις ἐν-  
 5 διατρίβειν. οἴσθα γὰρ αὐτὸς ἐμοῦ βέλτιον, ὃ βασιλεῦ, ὡς ἔτος  
 ἐν ἐπὶ τοῖς εἴκοσι γεγενημένος τῆς ἡλικίας οὐμὸς πατήρ, ὅτε  
 παρὰ σοῦ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐξεπέμφθη Πελοποννήσου, ὅκτω  
 τοὺς ἐφεξῆς ἐπὶ τούτοις ἐνδιατρίψας, τὸν βίον ἐτελεύτησεν ἐκεῖ-  
 οὗ δὴ χάριν καὶ πρὸς τὴν μνήμην μόνην ἀηδῶς διάκειμαι Πε-  
 10 λοποννήσου, πολλὰ καὶ τῆς μητρὸς πολλάκις πρὸς ἐμὲ διει-  
 λεγμένης, ὡς οὐκ ἂν αὐτῇ γένοιτο καθ' ἡδονὴν ἐμὲ τῆς χώρας  
 ἐκείνης, ἣ τοιούτου πατρὸς ἀπέδειξεν ὄρφανόν, ἄρξαι. διὰ  
 ταῦτα συγγνώμης αἰτῶ τυχεῖν, ἐκεῖ μὴ βουλόμενος ἀπελθεῖν."  
 τοῦτο δ' ἦν σκῆψις, οὐκ ἀληθῆς αἰτία τοῦ τὴν ἀρχὴν τῆς  
 15 Πέλοπος διαωθεῖσθαι. τούτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς καὶ πρῶτος  
 εἰς αὐτὸν ἀποσκώπασας, ὡς οὐκ ἀνδρὸς συνετοῦ κεχρημένον  
 λόγους, οὐδ' ἀνδράσι πρόποντα φόβον πεφοβημένον, διὰ τὴν  
 τοῦ πατρὸς τελευτήν τὸ χωρίον ὀρέωδούντα, διὰ τοῦ αὐτοῦ  
 πάλιν ἀντιμηνύει, ὡς, „ἦν μὲν ἂν βέλτιον μῆδὲν ἀντιλέγοντα, P. 56  
 20 τὸ προσταττόμενον εὐθὺς ἐκπληροῦν. ἐπεὶ δ' ἔστι σοὶ τις  
 πρόφασις ἐν τῇ Πελοποννήσῳ, οὐκ ἀναγκαῖα μὲν, ἔστι δ'  
 οὐδ' ὄμως, ἐκείνης μὲν ἀφείδης τῆς λειτουργίας, πρὸς Θεσσα-  
 λίαν δὲ ἀπελθεῖν ἐπιτάττω καὶ ταύτης ἐπιτροπεύσαι, τῶν προσ-  
 οίκων Κατελάνων ἐπικειμένων αὐτῇ καὶ δεινῶς πιεζόντων,  
 7. Pro ὅκτω τοὺς lego ὅκτω χρόνους.

istud sineret impetrari ab se beneficium, quod reliquis neutiquam in-  
 ferius duceret, ut ne in Peloponnesum mitteretur: non quod ignaviae  
 succumberet, aut praefecturam hanc dignitati suae imparem censeret:  
 sed quod illis in locis versari nequeat, ubi patrem amiserit. Scire  
 enim melius ipso, quo pacto parens eius, unum et viginti natus  
 annos, ab eo Peloponneso praefectus, octo continuis ibidem consump-  
 tis, vitam reliquerit. Quo factum deinde, ut Peloponnesi memoriam  
 nunquam sine dolore usurpet. Quin et matrem saepe ac multum  
 sibi dixisse, permoleste laturam, si ei regioni praecisset, quae ipsum  
 tali patre orbasset. Huic igitur detrectationi suae veniam daret. Sed  
 enim hoc velamentum quoddam erat, non vera causa repudiandae  
 provinciae. His intellectis, imperator molliter hominem castigat, qui  
 imprudenter locutus esset, quique timorem viro minime decorum con-  
 cepisset, dum propter patris mortem illic obitam a regione abhor-  
 reret; perque eundem nuntium ei significat, consultius facturum  
 fuisse, si non repugnanter mandatis statim paruisset. Quia vero ex-  
 cusationem de Peloponneso non quidem necessariam praetexeret, sed  
 tamen praetexeret, se illum eo munere liberatum velle: in Thessa-  
 liam autem iubere proficisci, quae vicinorum Catelanorum incursio-

 inermes expectabant. Metropolitae ut Chortaeto propinquavit, im-  
 proviso in imperatorem incidens, obstupuit et intempestivam profe-  
 ctionem suam incusavit. Salutatus ab imperatore, ipse repentino  
 periculo exterritus nihilque respondens, quam celeriter potuit, se  
 proripuit, eius ad urbem accessum nuntiaturus. Sequebatur con-  
 tentiore gressu imperator: cuius fautores in muris astantes, post-  
 quam e vexillis ipsum adequitare didicerunt, sumpta audacia, in  
 eos, qui extra portam erant, lapidationem faciebant. Ii hostibus foris  
 ingruentibus, et qui intus erant aperte infestis, nescientes quid age-  
 rent, intro se recipiunt, portas ocludunt. Et quia de muro saxa  
 iacentibus resistere nequibant, in fugam conversi, arcem, ut inde  
 se defensuri, occupant. Arci Georgius Lyzicus praerat. Qui in  
 moenibus stabant descendere, portas recludere, imperatorem reci-  
 pere, et urbs simul universa in eius potestatem abire; populus tur-  
 matim ad eum salutandum accurrere. Ille veritus, ne Pheris sum-

Α.Σ. 1328 ἀπεργάσθαι δείσας, στρατιὰν ἀπολεξάμενος ὄσση ᾤετο ἀρκέσειν πρὸς τὸ ἔργον, τὴν ἀκρόπολιν προσέταξεν ἐξωθεν φρουρεῖν, ὅπως μηδεὶς εἰσέλθοι ἐς αὐτήν. οἱ δὲ ἐν Φεραίς ὄτι εἰς Θεσσαλονίκην ἔρχεται πυθόμενοι ὁ βασιλεὺς, δείσαντες, ὅπερ ἐγένετο, μὴ αὐτῷ προσχωρήσῃ, τριακοσίους ἐπεμψαν λο-5  
 C γύδας, ὥστε τὴν τε ἀκρόπολιν κατασχεῖν καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει θάρος παρασχεῖν ἀντιστῆναι βασιλεῖ. συμβαλόντες δὲ αὐτοῖς οἱ παρὰ βασιλέως προστεταγμένοι τὴν ἀκρόπολιν φρουρεῖν, ἐτρέψαντο κατὰ κράτος, καὶ τοὺς μὲν ἀπέκτειναν αὐτῶν, τοὺς δὲ εἶλον ζῶντας. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ τὰ πρὸς φυλακῆνιο τῆς ἀκροπόλεως ἐξηρτύσατο, ἤκεν εἰς τὴν ἀγίαν σορὸν Δημη- τρίου τοῦ μάρτυρος καὶ μυροβλύτου, ἅμα μὲν προσκυνήσων αὐτόν, (ἦν γὰρ ἐξ ἡλικίας πρώτης τιμὴν αὐτῷ καὶ πίστιν πλείω ἢ κατὰ τοὺς ἄλλους μάρτυρας παρέχων καὶ ὡσερ ἑρα- 15  
 D οῦτος αὐτοῦ ὦν,) ἅμα δὲ καὶ τῆς παρούσης ἕνεκα εὐτυχίας 15 ἀμειψόμενος εὐχαριστίαις. προσκυνήσας δὲ καὶ εὐχαριστήσας, ἐπεὶ καὶ τὸν πόδα ἐκ τῆς πρὸς Πέρσας μάχης τραυματισθεὶς, (ἐν τέσσαρσι καὶ δέκα μῆσι θεραπευθῆναι οὐκ ἠδυνήθη, πολλὰ τῶν ἰατρῶν πραγματευσαμένων, ἀλλὰ σφακελλίζων ἀεὶ οὐ φορητὰς παρεῖχε τὰς δυνάμεις,) τὸ υπόδημα λύ- 20  
 σας, τῷ μύρῳ χρίειν ἔμελλε τοῦ ἁγίου, ἐνθυμηθεὶς, ὡς ἂ μὴ δύναίτο ἀνθρωπίνῃ τέχνῃ καὶ σπουδῇ, ταῦτα θεὸς τοῖς ἁγίοις μάρτυσι δύνασθαι παρέσχεν. ἐπεὶ δὲ τὸν τε πόδα

19. σφακελλίζων ED. P. pro σφακελλίσων.

missa, in arcem manus eius expugnationem remoraretur, copiam quantam sufficere arbitrabatur delegit eamque foris, ne cui introitus daretur, custodiri mandavit. Qui Pheris manebant, cognito, imperatorem Thessalonicam pergere, timentes, id quod accidit, ne se illi dederet, trecentorum virum delecta corpora mittunt, qui et arcem teneant et civibus in urbe ad resistendum imperatori animos faciant. Quos qui ad arcis aditus servandos selecti erant, collato pede, vi et virtute in fugam compulerunt; et alios quidem occiderunt, alios vivos ceperunt. Constitutis quae ad arcis custodiam pertinebant, imperator ad sanctum Demetrii martyris et myroblytae, id est, unguentum scaturientis, conditorium processit, simul ut precibus eum veneraretur, quippe quem a puero prae aliis martyribus honorabat, et plus in eo spei reponebat, quam in ceteris, impenseque illum diligebat; simul ut eidem gratias de oblata felicitate rependeret. Peracto utroque, quoniam etiam pedem in conflictu cum Persis vulneratus, quatuordecim mensibus curari non poterat, multa medicis auxilia frustra experientibus, sed eo paulatim tabescente, doloribus intolerandis cruciabatur; soluto calceo, sancti unguento illum parabat perlinere, ita secum volvens, quae ars humana et studium acquirit, ea Deum sanctis martyribus posse concedere. Ablatis fasciis



ἀπεγύμνον και τὰς ὀθόνας, αἷς ἔδεσμετο, περιήρει, ὡ τῆς A.C. 1328  
πολλῆς τοῦ Θεοῦ περὶ τοὺς μάρτυρας φιλοτιμίας! ὁ μὲν μο-  
τὸς ἔξω εὖρητο ἐρῆμιμμένος, ὑγιῆς δὲ ὁ πούς ἐς τοσοῦτον, P. 167  
ὡς μηδὲ ἔχνος οὐλῆς ἢ τραύματος ὑποφαίνειν, ἀλλ' ἀγνο-  
5εῖσθαι εἴ ποτε και ἐτραῶθη. ὕπερ ἰδὼν ὁ βασιλεὺς μᾶλλον τε  
ἦσθη διὰ τοῦτο, ἢ ὅτι Θεσσαλονικὴν ὑπεποιήσατο ἑαυτῷ,  
και θερμοτέρας τούτου ἔνεκα και πλείους τὰς εὐχαριστίας  
ἀπεδίδου. και ἡ πόλις δὲ πᾶσα τὴν εἰς τὸν βασιλέα πυθόμε-  
10 Διμήτριον τὸν ἐκείνου Θεραπευτὴν. ἐκείθεν δὲ ἐξελθὼν ὁ βα-  
σιλεὺς, κλινούσης ἤδη τῆς ἡμέρας, εἰς τὰ βασίλεια ἠύλισατο  
τὴν νύκτα ἐλθὼν. ἅμα δὲ ἐφ' εἰς τὴν ὑστεραίαν αὐτὸς τε  
ὀπλισάμενος και ἡ στρατιὰ, και τοῦ Θεσσαλονικέων δῆμον B  
προθύμως συστρατευομένου, ἦσαν εἰς τὴν ἀκρόπολιν, ὡς,  
15 εἰ μὴ προσχωροῦεν ἕκοντι οἱ κατασχόντες, βιάσαιντο τοὺς  
ὀπλοῖς. πρῶτα μὲν οὖν πέμψας ὁ βασιλεὺς, προσηγόρευε τε  
τοὺς ἔνδον και προῦκαλεῖτο ἀνδρῶς ἅμαχεῖ τὴν ἀκρόπολιν V. 134  
παραδιδόναι, ἀμνηστίαν τε παρέχων και ἐπαγγελόμενος ποι-  
ήσειν εὖ. ὡς δ' οὐκ ἐσήκουον, ἀλλὰ ἐσκληρόνοντο, καταστάν-  
20 τες ἐτειχομάχου. και μέχρι μὲν τριῶν ἢ τεττάρων ὥρων  
και αὐτοὶ ἠμύνοντο καρτερῶς ἀπὸ τῶν τειχῶν. ἔπειτα οἱ τε  
τὴν ἀκρόπολιν κατοικοῦντες και ὅσοι τῶν Θεσσαλονικέων ἦσαν  
μὴ πάνυ προσκειμένοι τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ, διεστασίασαν C  
τε ταῖς γνώμαις πρὸς τοὺς ἄλλους, και ἀνακοχὴν αἰτήσαν-

3. ἐρῆμιμμένος correxi, cum antea ἐρῆμιμμένος legeretur.

ndatoque pede, linamentum illud carptum, quod vulneribus indit-  
(ο magnam Dei ad martyres suos honorandos curam et providen-  
riam!) extra vulnus apparuit: pes autem adeo sanus, ut nec vulne-  
ris, nec cicatricis ullum restaret vestigium, et vulneratusne aliquando  
fuisset ignoraretur. Hoc viso miraculo, magis quam de acquisita  
Thessalonica exsultavit imperator, ferventioresque et maiores ob hoc  
beneficium gratias egit; ac tota civitas, intellecto in eum edito tam  
admirabili opere, multas Deo et Demetrio, a quo curatus fuerat, lau-  
des decantavit. Inde egressus, inclinante iam in noctem die, in re-  
gia somno se dedit. Ubi diluxit, ipse et milites armis induti, comi-  
tante etiam alacriter in armis Thessalonicensi populo, ad arcem  
prodierunt; ut, nisi sponte eam tradere qui retinebant, vi eo adie-  
gerentur. Primum igitur imperator eos salutatum et ad arcem sine  
caede et sanguine dedendam invitatum mittit, oblivionem offensi-  
onum et beneficentiam pollicitus. Ubi obdurantes oratorem dimi-  
serunt, quibus datum negotium, ad horas tres aut quatuor muros,  
adversariis intus viriliter se defendentibus, oppugnarunt. Post tum  
arcis ipsius incolae, tum quotquot e Thessalonicensibus seniori im-

- Α. C. 1328τες πρὸς βασιλέως τοῦ πολέμου, εἰς λόγους κατέστησαν τοῖς συμπολιορχουμένοις. καὶ Λυζικῶ μὲν τῷ τῆς ἀκροπόλεως ἄρχοντι οὐκ ἔφασαν περὶ τῆς σφετέρας πατρίδος βουλευεῖν συχωρήσειν, ἑτέρας ὄντα πόλεως πολίτην, ὃν, βασιλεῖ προσχωρησάσης Βεβρόϊας, οἱ συγγενεῖς, ἂν τι καὶ προσκρούση, 5 ἔξαιτήσονται τοῖς δ' ἄλλοις οὐ δίκαιον εἶναι ἔλεγον οὐδὲ λυσιτελεῖς, τῆς ἄλλης ἀπάσης πόλεως προσχωρησάσης βασιλεῖ, αὐτοὺς ἀντίστασθαι καὶ πολεμεῖν. οὔτε γὰρ θυνήσονται ἑαυτοὺς τε καὶ τὴν ἄκραν περισῶσαι μόνοι ἐναπειλημμένοι, τῶν τε ἐκ Θεσῶν κατὰ συμμαχίαν ἀφυγμένων ἡττημένων, 10 καὶ οὐκ ἂν ἑτέρων τολμησόντων ἔλθεῖν. „ἦ τε βασιλέως στρατιὰ πολλή τε καὶ ἀξιόμαχος, καὶ προσέτι πᾶσα ἡ πόλις πανδημεὶ προσκαθήμενοι ἐκπολιορχήσουσιν ἡμᾶς. εἰ δὲ καὶ ἀντισχεῖν θυνησόμεθα πρὸς δλίγον, ἀμφοτέρωθεν ζημιωσόμεθα. ἂν τε γὰρ νικῶμεν, φίλους καὶ τοὺς οἰκειοτάτους ἀπο- 15 κτενοῦμεν, ἂν τε ἡττώμεθα, ἀνάγκη ἀποθνήσκειν. ἃ δὲ ἅπαντα οὐ πρὸς ἡμῶν. εἰ μὲν οὖν καὶ ὑμῖν ταῦτα συνδοκεῖ· εἰ δ' οὖν, ἀλλ' ἡμεῖς γε ἡμᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὴν ἀκρόπολιν ἐγχειρίσομεν βασιλεῖ.” οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπον Λυζικὸς δὲ καὶ ὅσοι ἦσαν
- P. 168 τῷ πρεσβυτέρῳ προσκείμενοι βασιλεῖ, οὐκ ἔχοντες ὅ, τι δράσαι—20 εν, ἅμα τοῖς ἄλλοις ἀμνηστίαν αἰτήσαντες εἰ τι προσκεκρούκασαι πρὸς βασιλεῖα, καὶ τυχόντες, παρέδωσαν τὴν ἀκρόπολιν.
- B νδ. Καὶ παρελθὼν ὁ βασιλεὺς, καὶ ὅσοι ἦσαν τῶν τᾶ

peratori parum bene volebant, sententiis et animis ab aliis per seditionem discrepantes et inducias a iuniorē imperatore poscentes, illos alios una secum obsessos allocuti sunt. Et Lyzicus quidem arcis praefecto, ut de patria ipsorum statueret, non se permissuros aiebant, cum esset civis alterius civitatis, Berrhoeae nimirum, qua ad imperatorem adiuncta, putabant, si quid ille offendisset, cognatos eius poenam deprecaturus. Alteri factioni dicebant, nec iustum esse, nec utile, cum reliqua urbs omnis in fidem imperatoris concessisset, ipsos obniti et belligerare. Non enim cum simus interclusi, soli et nos et arcem servare possumus; et qui Pheris auxilio venerunt victi sunt, et alii venire non audebunt. Copiae imperatoris magnae et bellicosae, praeterea totus populus assidebunt et expugnabunt nos. Atque ut aliquamdiu resistamus, utrinque tamen plectemur. Sive enim vincamus, amicos et propinquissimos interimemus, sive vincamur, moriendum erit necessario; quae omnia a nobis aliena sunt. Si itaque et vobis probatur, ita faciamus; sin minus, at certe nos cum arce nosmet in manus imperatoris dedemus. Hactenus illi. Lyzicus autem et qui a seniore faciebant, consilii inopes, una cum aliis impunitate petita, si quid imperatorem offendissent, et ea adepta, arcem tradiderunt.

54. Ingressus imperator, adscriptisque ad suos quotquot avo

τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως πρακτόνων παραλαβῶν, ἐξήλθεν A. C. 1328  
 εὐθύς. καὶ εἰς βασιλεία ἐλθὼν, ἐβουλεύετο μετὰ τῶν ἐν τέλει,  
 τῶν τε ἀφιγμένων σὺν αὐτῷ καὶ οἱ ἦσαν ἐν Θεσσαλονικῇ,  
 ὅποι χρῆ τραπέσθαι, ἐπειδὴ τὰ πράγματα ἠνάγκαζον μὴ ἡγε-  
 5 μείν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες εἰς Βεῤῥόϊαν ἐβουλεύοντο ἐλ-  
 θεῖν, ὁ μέγας δὲ δομέστικος Βεῤῥόϊαν μὲν ἔλεγεν εἶναι, εἰς  
 Ἔδεσσαν δὲ ἐλθεῖν, κἀκεῖθεν εἰς Καστορίαν. προσετίθει δὲ καὶ  
 τὰς αἰτίας, λέγων, ὡς „ὁ, τε δεσπότης Δημήτριος καὶ ἑπαρ-  
 10 χος ὁ Μονομάχος καὶ ὁ Ῥαοὺλ Ἰσαάκιος τὰς γυναῖκας καὶ  
 καὶ μηχανῇ ὥστε κατασχεῖν αὐτὰ, ἅμα μὲν καὶ τῶν γυναικῶν V. 135  
 ἕνεκα καὶ τέκνων, ἅμα δ', ὅτι μικρὸν τε ὄν τὸ πόλισμα καὶ  
 καρτερόν ἀπὸ τε τειχῶν καὶ τῆς τοῦ τόπου κατασκευῆς, ῥάδι-  
 15 σπενύξεται μὲν οὐδ' οὕτω τὸ μὴ ἀλῶναι παρ' ἡμῶν, παρέξει δὲ  
 πολλὴν τὴν δυσχέριαν καὶ τὴν τριβὴν καὶ τὸν πόνον ἐν τῷ  
 πολιορκεῖσθαι. εἰν δὲ νῦν παραγενώμεθα ἡμεῖς, οἱ αὐτόθι  
 δυνατώτατοι καὶ τοὺς ἄλλους ἄγοντες καὶ φέροντες οἱ ἂν βού-  
 20 λωνται, ἐκ πολλοῦ προσκείμενοι ἑμοί, ῥᾶστα παραδώσουσι  
 τὸ πόλισμα ἡμῖν μᾶλλον δὲ καὶ πρὶν ἡμᾶς ἤκειν ἐκεῖ, ἂν βα- D  
 σιλέως τε προστάγματα καὶ γράμματα ἐμὰ πρὸς αὐτοὺς ἦξει,  
 ἐκ παντὸς τρόπου σπουδάσουσι τὰ κελεύόμενα ποιεῖν. κἂν τις  
 καὶ τῶν εἰρημένων ἀφίκηται πρὸς αὐτοὺς, οὐκ ἂν εἰσδέξων-  
 ται. Καστορίας δὲ καὶ αὐτῆς ὀχυρωτάτης οὐσης, διὰ τὸ παντα-

1. πρακτόνων egregie supplevit ED.P., quod excidisse apparet  
 ob similitudinem vicini vocabuli.

cupiebant, mox abiit et in palatio cum primoribus, quos secum adduxe-  
 rat quique Thessalonicae erant, quo potissimum iret consultavit, quan-  
 do res cogeret non quiescere. Omnes Berrhocam eundum suadebant.  
 Magnus domesticus Berrhocam omittendam, Edessam et inde Casto-  
 riam iter dirigendum censebat; causis adiunctis, nempe, Demetrium  
 despotam et Monomachum praefectum et Raulem Isaacium habere  
 Edessae uxores suas cum liberis, esseque consentaneum, ut omni studio  
 conatuque adhibito et horum causa eam subigerent; et quia cum sit  
 parvum oppidum, natura et operibus firmum, facile contra hostem de-  
 fendi posse. Et quamvis eam illi praeoccuparint, ne sic quidem effu-  
 gituram, quin ab ipsis recipiatur: multas tamen in eius obsidione  
 difficultates ac labores et diu subeundos fore. Si vero nunc adve-  
 nerimus, inquit, qui illic sunt, auctoritate principes plebiosque ac  
 tenuiores versant quo lubet, cum iam pridem sint in amicis meis,  
 promptissime oppidulum tradent. Immo vero etiam antequam eo vene-  
 rimus, si imperatoris mandata cum litteris meis acceperint, omni  
 ratione iis parere enitentur: et si quis de praedictis ducibus ad eos  
 accesserit, eum haud intromittent. Castoriam autem et ipsam, propter

- A. C. 1328 χόθεν περικλύζεσθαι τῇ λίμνῃ, ὃ τοῦ πρωτοβεστιαρίου γαμβρός ὁ Ἄγγελος ἄρχει, ὃς ἐμοὶ τε ἔγγιστα προσήκει κατὰ γένος καὶ πολλὴν ἐμοὶ τὴν εὐνοίαν καὶ τὴν εὐπέθειαν ὀφείλει, ἐκθρεψαμένῳ τε αὐτὸν καὶ τὰ πολέμια διδάξαντι· καὶ διὰ τὴν πρὸς ἐμὲ φιλίαν ἕῃστα πρωτοβεστιάριον ἂν πρόηταις τὸν κηδεστήν, καὶ ἡμῖν τὴν πόλιν παραδοίη. ταῦτα δὲ ἡμῖν κατασχούσιν, αὐτόκλητοι προσχωρήσουσιν οἱ Βεῤῥοιωταὶ δοκῶ
- P. 169 μοι δὲ, αὐτοὺς καὶ πρὶν ταῦτα εἰς πέρας ἦκειν εἰς τὴν ὑπεραίαν ἢ καὶ τρίτην ἡμέραν ἂν ἐλθεῖν παραδώοντας τὴν πόλιν." τοιαῦτα τοῦ μεγάλου δομεστικού βουλευσαμένου, ὃ, τει<sup>10</sup> βασιλεὺς συνέθετο εὐθύς, καὶ οἱ ἄλλοι συνεπεψηφίζοντο ἐπαινέσαντες τὴν βουλήν, καὶ ἐκεκέρωτο τὴν ἐπὶ Ἐδεσσαν ἰκαί. αὐτίκα τε προστάγματα βασιλέως καὶ τοῦ μεγάλου δομεστικού γράμματα διὰ ταχυδρόμων ἰπέων πρὸς τὴν Ἐδεσσαν ἐπέμφθησαν καὶ Καστορίαν. καὶ Ἄγγελος μὲν ὁ Καστορίας ἐπίτρο-<sup>15</sup> πος εὐθύς τὴν πόλιν εἶχε διὰ φρουρᾶς, ὡς βασιλεὺς τῷ νέφ, Β ὅταν ἀφίκηται, παραδώσων. οἱ δ' ἐν Ἐδέσῃ δυνατοὶ, οἱ τε Ἄγγελοι Ῥαδίποροι ἐπικεκλημένοι, τρεῖς ὄντες ἀδελφοί, καὶ ὁ Λάσκαρις, ἐπεὶ τὰ προστάγματα ἐδέξαντο βασιλέως, μηδεμίαν ποιησάμενοι ἀναβολήν, ἐπεὶ καὶ ὁ δῆμος Ἐδεσσηῶν τῆς<sup>20</sup> αὐτῶν ἐξήρητο γνώμης, τὴν τε βασίλισσαν τὴν Δημητρίου τοῦ δεσπύτου γαμετὴν καὶ τὴν ἐπάρχον τοῦ Μονομάχου καὶ τὴν Ῥαοὺλ περιώρισαν ἐν οἰκίαις, καὶ ἐφύλαττον περιστήσαντες φρουράν. μετὰ μικρὸν δὲ οἱ ἄνδρες αὐτῶν ἐλθόντες, ἐπεὶ εὗρισκον Ἐδεσσηνοὺς τε αὐτῶν ἀφροσθηκότας καὶ εἰρχθείσας<sup>25</sup>

25. εἰρχθείσας corr. N. pro ἤχθείσας idemque legit Intpr.

lacum, quo cingitur, munitissimam, Angelus protovestiarum gener procurat; qui mihi et cognatione propinquissimus est, et ut educatori ac magistro suo in re bellica gratiam obedientiamque non vulgare debet: ac propter necessitudinem mutuam protovestiarum quamvis socerum facillime deserens, nobis oppidum dedit. Cum ista obtinuerimus, Berrhoeitae ultro se dederunt: quos etiam, priusquam haec peragantur, cras aut perendie urbem suam traditum venturos existimo. Huic consilio subscripsit statim imperator, alique id ipsum laudantes approbarunt. Iamque fixum ac ratum erat Edessam petere, et illico tam ipsius imperatoris mandata, quam magni domestici litterae per citatissimos equites eo et simul Castoriam mittebantur. Atque Angelus quidem Castoriae praefectus mox urbi custodes adhibuit: utpote imperatori adventanti deditioem facturus. Qui Edessae potentia eminebant, Angeli Rhadipori cognominati, fratres trigemini, et Lascaris, acceptis mandatis, citra procrastinationem, quod et populus Edessenus ab eorum nutu auctoritateque pendebat, uxores trium eorum, quos supra nominavimus, ipsarum aedibus circumscripterunt

τὰς γυναῖκας, τραπόμενοι ἔφευγον πρὸς τὸν ἄρχοντα τῶν Τρι- A.C. 1328  
βαλῶν. ὡς γὰρ ἐπύθοντο ἔτι ἐν Φεραῖς ὄντες, ὡς βασιλεὺς  
τὴν πρὸς Θεσσαλονικὴν φέρουσαν ἐτρόπη, ἤλπισαν μὲν οὐδ' C  
ἐπὶ μικρὸν αὐτῇ τὴν πόλιν προσχωρήσειν, ἀσφαλείας δὲ ἐνε-  
5κα τοὺς τριακοσίους ἐπεμψαν ὡς τὴν ἀκρόπολιν καθέζοντας  
ἐπεὶ δὲ ἐπύθοντο ὡς ἦ τε Θεσσαλονικὴ προσεχώρησε βασιλεῖ,  
καὶ οἱ τριακόσιοι, οἱ μὲν ἀπέθανον, οἱ δ' ἐξωργήθησαν ὑπὸ  
τῶν βασιλικῶν, πᾶσαν ἐλπίδα σωτηρίας ἤδη περιαιρεθέντες,  
πρὶν ἔκπυστα τοῖς πᾶσι γενέσθαι τὰ συμβάντα, τὴν στρατιῶν  
10οδὴν ἦν ἀναλαβόντες, προσχήματι μὲν ἦσαν ὡς ἐπὶ Θεσσαλο-  
νικὴν, ὡς οὐπω ἑλωκυῖαν περιποιήσοντας, ἵνα μὴ δοκοῖεν  
ἐκλιπόντες Φεράς καὶ τὰς ἄλλας τῆς Μακεδονίας πόλεις φεύ-  
γειν τῇ δ' ἀληθείᾳ, ὡς ἕκαστος χωρήσοντες οἱ ἂν αἱ τε γυ- D  
ναῖκες καὶ τὰ τέκνα ἦ. ἐπεὶ δὲ ἐξελθόντες ἀπὸ Φερῶν εἶχοντο  
15δδοῦ ὅσοι τε ἐκ Θεσσαλονικῆς συνεστρατεύοντο αὐτοῖς, ἐπεὶ  
ἐπύθοντο ἑλωκυῖαν, ἀποστάντες αὐτῶν, ἐχώρησαν πρὸς βασι-  
λέα καὶ οἱ Βεῤῥοιωταὶ τὰ ἐν Βοδηνοῖς κυθόμενοι συμβάντα,  
ταῦτά τοῖς ἐκ Θεσσαλονικῆς ἐποίουν τό, τε συστρατεύομενον V. 136  
αὐτοῖς ὑπήκον Ῥωμαίοις στρατεύμα Μινσῶν ἤδη καὶ ἐνεω-  
20τέρισε φανερώς. ἐντυχόντες γὰρ τοῦ πρωτοβεστιαρίου βοσκή-  
μασι πολλοῖς, διήρπασαν αὐτὰ, αὐτοῦ παρόντος καὶ προσεποιή-  
σαν ἑαυτοῖς. ἐπιχειροῦντι δὲ ἀνασώζειν τὰ διαρπασθέντα,

17. ἐν Βοδηνοῖς Intrap. vertit *Edessae*, quippe urbs ista hoc etiam  
nomen sortita est; unde et in Graecia Sophiani dicitur *Vodena*,  
et in tabulis Georgii Chrysococcae *Bόδενα*. ED. P. Vid. Meletii  
Geograph. II. p. 472.

et excubiis circumdederunt. Paulo post advenientes mariti, cum Edes-  
senos in se insurrexisse suasque mulieres conclusas invenissent,  
fugam ad Tribalorum principem fecerunt. Nam cum adhuc Pheris  
audissent, imperatorem Thessalonicam iter suscepisse, ne minimum  
quidem in timorem venerant, urbem se illi permissuram: ad arcem  
tamen tutius retinendam trecentos illos submiserunt. Deinde ubi  
Thessalonicam se sub imperatoris potestatem subiecisse et illos tre-  
centos partim occisos, partim captos intellexerunt, omni iam spe  
salutis deplorata, priusquam evulgarentur quae omnibus contigissent,  
copiis quantae erant assumptis, simularunt quidem, se Thessalonicam  
ire, quasi nondum captam asserturi, ne, Pheris ceterisque Macedo-  
niae urbibus relictis, fugam inire putarentur, sed revera quisque  
ubi uxor et liberi erant abituri. Posteaquam Pheris egressi, viam  
invaserunt, quotquot Thessalonicenses sub iis militabant, urbem  
occupatam resciscentes, ab eis ad imperatorem transierunt; idemque  
Berrhoeitae, cognitiss quae Edessae contigerant, facere non dubita-  
runt: et qui sub illis merebant Moesi Romanis subiecti, iam libere  
novas res audebant. Nam cum in magnos protovestiarii greges inci-  
dissent, ipso inspectante, ad usum suum eos abigebant. Qui cum

A.C. 1328 οὐ μόνον οὖν ἐπέβησαν, ἀλλὰ καὶ τῶν σκευοφόρων αὐτοῦ  
 τινα ἀφείλοντο τὸν ἵππον, ἔργῳ διδάσκοντες ὡς εἰ μὴ ἀγα-  
 πῆ, χωρήσαντες καὶ κατ' αὐτοῦ. ἢ τε λοιπὴ ἅπασα στρα-  
 P. 170 τία καὶ οἱ ἐκ τῶν ἐσπερίων πόλεων παρόντες δυνατοὶ, τῶν  
 βασιλέως πραγμάτων ἤδη φανερῶν γεγενημένων, ἐκλιπόν-5  
 τες τοὺς στρατηγοὺς, πάντες ἦλθον ὡς αὐτόν. δεισας δὲ ὁ  
 πρωτοβεστιάριος εἰς Ἀχρίδα ἐλθεῖν, (ἐκεῖ γὰρ ἦν καταθέ-  
 μενος τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα,) ὅτε κατὰ βασιλέως ἅμα  
 τῷ στρατεύματι ἐχώρει, ἅμα δεσπότη καὶ τοῖς λοιποῖς, εἰς  
 πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὄντες, ἐχώρησαν πρὸς Κράλην τὸν 10  
 ἄρχοντα τῶν Τριβαλῶν. Φεραῖοι δὲ, ὅσοι ἦσαν ἐκ Βυζαν-  
 τίου δεσπότη καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπόμενοι στρατηγοὺς, ἐπεὶ ἐλεί-  
 Βηποντο ἐκεῖ ἀναχωρούντων, πάντα συσχόντες, τὰ ὄντα μὲν δι-  
 ἤρπασαν αὐτοῖς, αὐτοὺς δὲ ἐπὶ δεσμοῖς ἤγαγον ὡς βασιλέα.  
 βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἐδέδοκτο τὴν ἐπὶ Ἐδεσσαν ἵεσθαι, ἐξελ-15  
 θὼν Θεσσαλονίκης, δευτεραῖος ἦλθεν εἰς αὐτά. οἱ Ἐδεσσηνοὶ  
 δὲ ἐξελθόντες πανδημῆ, προσεκύνησάν τε βασιλέα καὶ τὸ πό-  
 λισμα παρέδοσαν. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ἢ αὐτῷ ἐδόκει διώκει ὁ  
 βασιλεὺς· ὅσα δὲ ἦν αὐτόθι χρήματα δεσπότη καὶ τοῖς ἄλ-  
 λοις στρατηγοῖς, ἃ μὲν ἂν ἦ ἴδια ταῖς γυναῖξι, ταῦτ' ἔχειν 20  
 προσέταξεν αὐτάς, καὶ μηδένα ἀδικεῖν, ἃ δ' ἂν ἦ τῶν ἀν-  
 δρῶν, αὐτῷ μνησθῆναι, ὡς ἂν αὐτὸς διαγνῶ περὶ αὐτῶν. αἱ  
 μὲν οὖν ἄλλαι τὰ ἴδια μεμνηύκεσαν καὶ τὰ τῶν ἀνδρῶν, βα-  
 C σίλισσα δὲ ἢ τοῦ δεσπότη γαμετή, δεισασα μὴ τὰ χρήματα  
 ἀφαιρεθῆι, ὀλίγα μὲν ἐκ τῶν ἐόντων ἐποίησε φανερά, τὰ 25

rapta recuperare contenderet, non modo non cesserunt, sed cuidam prae-  
 terea eius caloni equum sarcinarium abstulerunt; facto monentes, ni  
 boni consuleret, se illum quoque invasuros. Reliqua insuper copia,  
 quique ex occidentalibus oppidis opulenti et illustres aderant, fortuna  
 imperatoris iam conspicua, universi, desertis ducibus, ad eius ratio-  
 nes se adiungebant. Protovestiarius formidans Achridem ire, ubi  
 uxorem cum prolibus deposuerat, quando exercitum adversus impe-  
 ratorem ducebat, item despota ceterique ad Cralem Tribalorum prin-  
 cipem discesserunt, numero quinquaginta supra centum. Pheraei  
 autem quicumque Byzantio despotam aliosque duces secuti fuerant,  
 cum ab aliis ibi abeuntibus desererentur, comprehensis omnibus  
 ac despoliatis, ad imperatorem eos in vinculis adduxerunt; qui Thes-  
 salonica egressus, postridie, ut decreverat, Edessam venit; cui extra  
 portam obviam procedentes incolae eumque adorantes, urbem dedi-  
 derunt. Ac cetera quidem qua illi ratione collibitum est, instituit:  
 de rebus autem despotae et ducum ceterorum, quae essent uxorum  
 propriae, eas illis citra iniuriam dimitti iussit: quae autem virorum,  
 ad se referri, ut de iis ipse decerneret. Aliae igitur omnia, regina  
 despotae coniux verita, ne privaretur, pauca de summa indicavit,

πλείω δὲ μοναχῷ τινι παρακατέθετο φυλάττειν. καὶ διέλα- A. C. 1328  
θόν γε ἄχρι καιροῦ· ἔπειτα φωραθέντος τοῦ μοναχοῦ μετὰ  
χρόνον τινὰ ὑπὸ τῶν ἐπιτροπευόντων ἐν ἐκείνοις τοῖς χωρί-  
οις, ἄλλοτε ἄλλα διεπραΐσθη. ἐπεὶ δὲ ἀννέχθη τῷ βασιλεῖ  
5 περὶ τῶν χρημάτων, τὰ τε ἴδια καὶ τὰ τῶν ἀνδρῶν προσέ-  
ταξεν ὁ βασιλεὺς ἔχειν τὰς γυναῖκας, ὡς ἂν ἔχοιεν καὶ τοῖς  
ἀνδράσι χορηγεῖν ἐπὶ τῆς ξένης· αὐτὰς δὲ ἐκ Βοδηνῶν ἀχθῆ-  
ναι εἰς Θεσσαλονίκην, κάκειθεν εἰς Λιδυμότειχον, ἔν̄̄ ἐκεῖ D  
συνδιαγοίην τῇ βασιλίδι. καὶ ἐπληροῦτο τὰ κεκελευσμένα.

10 νέ. Εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἀπάρας ἔξ̄ Ἐδέουσης, ἦλθεν  
εἰς Καστορίαν· καὶ εἰσεδέξατο αὐτὸν ὁ ταύτης ἐπιτροπεύων  
Ἄγγελος χαίρων, καὶ παρέδωκε τὴν πόλιν. ἦν γὰρ δὴ καὶ P. 171  
πρότερον τὴν ἀφίξιν προσδεχόμενος αὐτοῦ, ἔξ̄ ὅτου πρὸς αὐ- V. 137  
τὸν ἐκ Θεσσαλονίκης προστάγματα τε ἐκείνου καὶ τοῦ μεγά-  
15 λου δομestίκου γράμματα ἐπέμφθη, καὶ τὴν πόλιν εἶχεν ἐν  
φυλακῇ ἕνεκα αὐτοῦ. μεταξὺ δὲ τὴν πρὸς Καστορίαν ὁδεύων  
ὁδόν, τὸν τε Βοησίλαν τῶν Μυσῶν δεσπότην καὶ Βρυέννιον  
τὸν μέγαν δρουγγάριον καὶ Ἐξώτροχον τὸν μέγαν ἐταιρειάρ-  
χην ἅμα διαχιλλίους ἵππεῦσι στρατιώταις ἀπολεξάμενος, τὴν  
20 πρὸς Ἀχρίδα ἐκέλευσεν ἵεναι, εἰ πως δυνήθειεν τὸν πρωτοβε-  
στιάριον φθάσαντες παρελθεῖν εἰς αὐτήν. καὶ βαδίσαντας  
συντόμως, ἐπεὶ προτεραία ἦλθον, εἰσεδέξαντο αὐτοὺς οἱ Ἀχρι- B  
δηνοὶ ἀνοίξαντες τὰς πύλας· ἤδη γὰρ ἅπαντα ἀφίσταντο πρὸς  
βασιλέα τὸν νέον, καὶ ἀναγκάζοντος μηδενός· πρωτοβεστιά-  
25 ριος δὲ ἐπεὶ ὑστέρησε, πνθόμενος ἐαλωκυῖον τὴν Ἀχρίδα,

4. ἄλλοις Inpr. legisse videtur: alio.

maiorē parte apud monachum quendam deposita. Et latuerunt sane  
ad tempus; deinde monacho ab illorum locorum praefectis depre-  
hensō, alio alia direpta sunt. Ubi vero de rebus illorum imperatori  
significatum est, et suas et maritorum res ipsas feminas sibi habere  
iussit, ut in viros, locis exteris viventes, quod erogarent ne deesset;  
ipsas autem Edessa Thessalonicam, inde Didymotichum abduci, illic  
cum imperatrice victuras. Quod quidem ita factum est.

55. Postera luce Edessa excedens, Castoriam inivit, cuius prae-  
fectus Angelus cum laetitia illum excipit et urbem tradit. Nam ex  
quo Thessalonica eius mandatum cum magni domestici litteris acce-  
perat, adventum opperiebatur oppidumque ea gratia custodiebat. Cas-  
tortiam iter agens, Boësilam Moesorum despotam et Bryennium ma-  
gnum drungarium et Exotrochum magnum hetaeriararcham cum duobus  
selectorum equitum millibus Achridem mittit, si qua possent proto-  
vestiariarum antevertentes, eam ingredi. Qui continenter equitantes,  
quia priores venerant, ab Achrideno populo, portis apertis, intromissi  
sunt; iam enim omnes, quamquam nullius coactu, ad iuniorē im-

A.C. 1328 τὰς σωζούσας ἐλπίδας ἀπογνοῦς, ἠτόμοβησε μετὰ τῶν ἄλ-  
λων εἰς Κράβην. καὶ ἐπεχείρουν πείθειν αὐτὸν, πόλεμον ἄρα-  
σθαι πρὸς βασιλέα, εἰ πως δι' αὐτοῦ δυναθῆεν ἀναμαχέσασθαι  
τὴν ἥτιαν. καὶ πεισθεῖς αὐτοῖς, ἦλθεν ἄχρι μεθωρίων τῆς  
αὐτοῦ καὶ Ῥωμαίων γῆς, στρατὸν ἐπαγόμενος πολὺν. βασι-5  
λεὺς δὲ ἡμέραν μίαν αὐλισάμενος ἐν Καστορίᾳ, ἄρας ἐκέ-  
θεν, ἦλθεν εἰς Ἀχρίδα. καὶ ἐκέλευσε τὴν πρωτοβεστιαρίου  
Cγαμετὴν ὅσα ἔχει χρήματα λαβούσαν, εἰς Θεσσαλονίκην ἐλ-  
θεῖν, ὡς ἅμα ταῖς ἄλλαις ἀφιζομένην εἰς Διδυμότειχον. ἡ  
δὲ ὑποπτεύσασα, μὴ οὐκ ἀληθῆ τὰ λεγόμενα ἦ, καὶ δεύσασα 10  
περὶ τοῖς χρήμασι, τοῖς φίλοις παρακατέθετο φυλάττειν· αὐ-  
τῇ δὲ ἰσχυρίζετο μηδὲν ἔχειν. ἐκείνη μὲν οὖν ὡς εἶχεν ἅμα  
καὶ ἑτέρας γυναῖξιν ἤχθη εἰς Θεσσαλονίκην. καὶ μετὰ μι-  
κρὸν εὐρηγται αὐτῆς παρὰ τινι κεκρυμμένα κόσμοι τε γυναι-  
κεῖοι καὶ ἕτερά ἄττα, χρυσίων δισμυρίων ἄξια τιμῆς· ὀλίγαις 15  
δὲ ὕστερον ἡμέραις προσελθῶν τις τῷ μεγάλῳ δομestίῳ καὶ  
D ἀναμνήσας παλαιῶς τινος εὐεργεσίας, ἦν ὑπ' αὐτοῦ ἦν πε-  
πονθῶς, ἔλεγε δίκαιον εἶναι καὶ αὐτὸν ὅ, τι ἂν δύναιτο ἀν-  
τευποιεῖν, καὶ ἐμήνυεν αὐτῷ, ὡς εἰδείη τοῦ πρωτοβεστιαρίου  
χρήματα ὅπου κρύπτετο πολλά. πέμπας δὲ ὁ μέγας δομestι- 20  
κος τῶν πιστοτάτων οἰκετῶν τινὰ, ὑφηγουμένου τοῦ μεμνηνκό-  
τος, τὰ χρήματα ἤχθη πρὸς αὐτὸν ἐν δυοῖς κιβωτίοις, ἐν οἷς  
ἦν ἀγγεῖον τι ἐκ χαλκοῦ πεποιημένον, δισχιλίους καὶ μυρίους  
ἔχον χρυσοῦς, καὶ ζῶναι καὶ ἐκπώματα ἐκ χρυσοῦ πεποιημέ-  
2. Scripsit, ni fallor, ὡς Κράβην. 3. Pro ἀναμαχέσασθαι le-  
gebatur ἀνακαλέσασθαι.

peratorem desciverant. Protovestiarus serius adveniēns oppidumque  
receptum audiens, spe, qua sustentabatur, abiecta, cum reliquis ad  
Cralem profugit: cui bellum contra imperatorem persuadere instituit,  
si forte per ipsum sua damna reparare posset. Crales eorum verbis  
impulsus, ad confinia sua Romanorumque ingentem exercitum addu-  
cit. Imperator unum diem Castoriae commoratus, Achridem venit  
uxoremque protovestiarium cum omni re sua Thessalonicam ire, inde  
cum ceteris feminis Didymotichum profecturam iussit. Illa suspicata,  
sibi verba dari, et gazae suae metuens, amicis asservendam concre-  
didit affirmavitque, nullam se habere: atque ita Thessalonicam de-  
ducta est. Haud diu post eius mundus et alia nonnulla, vicenis auro-  
rum millibus aestimata, apud nescio quem reperta sunt. Pauci  
dies abierant, cum quidam ad magnum domesticum adiens, veteris  
cuiusdam meriti, quod ille in se collocasset, memoriam ei re-  
novavit dixitque aequum videri, ut bene merito beneficium redde-  
ret pro viribus: se nosse, ubi protovestiarium magna vis pecuniae  
lateret. Misso de famulis uno et fidelissimo, indice illo praemon-  
strante, allatae sunt arculae duae, in quibus vas aeneum et in ea



να καὶ ἄργυρος ἄσπις καὶ γυναικεῖοι κόσμοι καὶ ἄλλα A.C. 1328  
 τετρακισμυριάων ἄξια χρυσίων. τῷ μὲν οὖν τὰ χρήματα με-  
 μνησκόντι λόγοις τε ὁ μέγας δομέστικος ὠμολόγει χάριτας καὶ  
 ἔργοις ἐποίει εὖ· βασιλεῖ δὲ προσελθὼν, τὰ τε χρήματα ἐμή-  
 5 νυεν ὡς εὐρηγται, καὶ ἐδήλον καὶ τὸν ἀριθμὸν· βασιλέως δὲ  
 „οὐκ οὖν” εἰπόντος „σὲ τὸν εὐρηγκότεν δίκαιον ἔχειν” „ἀλλ’ οὐ- P. 172  
 τε πρότερον” εἶπεν αὐτὸς „ἐν τοῖς τοῦ πολέμου καιροῖς οὐτε  
 πλείω οὐτ’ ἐλάττω χρήματα ἀφειλόμην τινός, ὥσπερ οἶσθα  
 καὶ αὐτός· οὐτε τούτων ἂν ὀφθεῖν ἤττων νῦν.” „ἀλλ’ οὐ-  
 10 δὲν” ἔφη „θανμαστὸν” ὁ βασιλεὺς „εἰ πολλὰ ὑπ’ αὐτῶν ἀφη-  
 ρημένος καὶ μάλιστα πρωτοβεστιαρίου τουτουῖ, ὀλίγα ἄλλα ἐκ  
 τῶν αὐτοῦ ὠφελήθησθαι” „αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μᾶλλον” εἶπε  
 „θανμαστὸν, εἰ πολλὰ ὑπ’ αὐτῶν καὶ μάλιστα κατὰ τὸν δεύ-  
 15 τερὸν πόλεμον ζημιωθεῖς, καιροῦ παρασχόντος, οὐκ ἠθέλησα  
 ἑμὴ μύνασθαι τοῖς ἴσοις, νυνὶ δὲ ὀλίγων ἕνεκα χρημάτων τό, τε B  
 ἐξ ἀρχῆς ἠθὸς διαφθερῶ καὶ ἤττων ἀδίκου λημματος καὶ κέρ-  
 δους ἂν φανῶ· ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὰ στρατιώταις καὶ ἄλλοις  
 οἷς ἂν ἐθέλης κέλευσον διανεμηθῆναι.” βασιλεὺς μὲν οὖν ἐπέι-  
 20 θετο εἰπόντι, καὶ τὸν χρυσὸν ὅσος ἦν ἐκέλευσε διανεμηθῆναι V. 138  
 20 τῇ στρατιᾷ· ὅσα δὲ ἦν ἐπιπλα καὶ τινα ἐκ τῶν σκευῶν τῶν  
 εὐπατριδῶν διεδόθη τισί, καὶ τὰ λειπόμενα τῷ βασιλικῷ προσα-  
 ἤχθη ταμειῷ· ὁπῶ δὲ ἡμέραις τῇ Ἀχρίδι ἐνδιατρίψαντα  
 βασιλεῖ οἱ τε τὰς Δεαβόλους νεμόμενοι Ἀλβανοὶ νομάδες καὶ

22. Ἀχρίδι recte ED. P. pro Ἀχρίδα.

aureorum nummum duodena millia et zonae et pocula aurea: argen-  
 tum praeterea non signatum et ornamenta muliebria et alia quae-  
 dam, quorum omnium pretium ad quadraginta millia ascendebat.  
 Indici igitur magnus domesticus et verbis gratias egit et rebus bene-  
 fecit. Convento imperatore, de pecunia, quomodo inventa et quam  
 grandis esset, narravit. Tum imperator, ergo tu inventor ista tibi  
 habeas, ut iustum est. Atqui, inquit domesticus, nec antea belli  
 tempore vel multam vel modicam cuiusquam tuli pecuniam, quem-  
 admodum tute nosti: nec ab ista modo vinci velim. Haud mirum  
 ac novum, subiicit imperator, cum multa alii tibi abstulerint, praeci-  
 pue protovestiarium, si vicissim pauca quaedam ex eius rebus ad  
 tuam utilitatem redeant. Rursum domesticus: Hoc vero mirum fore,  
 si tot praesertim altero bello detrimentis ab illis affectus, quamvis  
 oblata occasione, par referre noluisset, nunc pecunioe causa anti-  
 quos mores suos in peius immutaret et iniquo munere ac lucro mi-  
 nor appareret; immo enimvero potius militibus et aliis, quibus pla-  
 ceret, iuberet distribui. Morem gessit imperator et nummum aurco-  
 rum quantum esset in militum dispertiri mandavit: supellex et vasa  
 aliquot nobilibus quibusdam donata, reliqua in fiscum imperatoris  
 illata sunt. Quem post octiduum Achridem adoratum venerunt agro-

A. C. 1328 οἱ τὰς Κολωνείας, ἔτι δὲ καὶ οἱ Ἀχρίδος ἔγγυς, προσεκόντησαν ἐλθόντες καὶ δουλεύειν ἐπηγγείλαντο προθύμως. τοὺς C δὲ πόρῳ καταγκισμένους πρὸς ἑσχατιαῖς τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας γράμματα ἐκάλει βασιλικὰ πρὸς Θεσσαλονίκην ἐλθεῖν, ὡς προσκυνήσοντας ἐκεῖ· καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον ἦλθον. ὁ μὲν 5 τοὶ Κράλης ἅμα στρατιῇ παντὶ τῷ ὑπ' αὐτὸν ἐν μεθορίοις τῆς αὐτοῦ καὶ Ῥωμαίων ἡγεμονίας ὄν, ὑπὸ μὲν τῶν φρυγάδων Ῥωμαίων ὁσημέραι παρεκαλεῖτο κατὰ βασιλέως ἐλθεῖν καὶ μάχην συνάπτειν, ὑπήκουε δὲ οὐδαμῶς, δεδιὼς μὴ οὐ κατὰ γνώμην αὐτῷ τὰ πράγματα χωρήσῃ. περιέμενε δὲ τὸν Χρέ- 10 λην, ὃς ἦν ἐν Φεραῖς, Ῥωμαίους κατὰ τοῦ νέου βασιλέως Δουμνιαχῶν, (ἔτι γὰρ ἀπῆν,) παρ' αὐτοῦ περὶ βασιλέως καὶ τῆς ὑπ' αὐτὸν στρατιᾶς βουλόμενος πυθέσθαι, εἰ ἐπιχειρητέα εἴη ἢ μὴ. ἐπεὶ δὲ ἀφίκτο, ἐπυνθάνετο αὐτοῦ ὁ Κράλης, εἰ πρὸς βασιλέα πολεμητέον εἴη· ὁ δὲ συνεβούλευεν, εἰρήνην μᾶλλον 15 ἄγειν καὶ μὴ τὸν οὐκ ὄντα πόλεμον ἐναντῖ καὶ ὑπηκόοις ἐπάγειν. βασιλέα γὰρ αὐτὸς ἔλεγεν ἐν Φεραῖς ἐωρακέναι ἄγοντα μὲν στρατὸν οὐ πᾶν πολὺν, τοσοῦτον δὲ τὰ πολέμια ἐξησχημένον καὶ ἵπποις τε καὶ ὄπλοις διακεκοσμημένον ἔκρηπῶς, ὡς ἔκπληξεν καὶ ἀπὸ μόνης ὄψεως παρέχειν· οὕτω δὲ ἀθορύβως 20 καὶ εὐτάκτως ἐπόμενον τοῖς ἡγεμόσιν, ὡς δοκεῖν οὐ πολλούς, ἀλλ' ἓνα ὄντα τῶν τε παραγγελμάτων ἀκούειν καὶ σπουδῇ τὰ κελευθόμενα ποιεῖν. „ἀνδρίας δὲ τοσοῦτον αὐτοῖς περιέσσι καὶ τόλμης, ὡς, καίτοι τῶν ἀντιτεταγμένων ὄντες ἐλάσσους πολλῶν, P. 173 καὶ ἐπιόντες αὐτοῖς παρὰ πόλιν οἰκείαν στρατοπεδευομένοις, 25

etes Albani, quique Deaboles quique Colonias et qui iuxta Achridem habitant, se prompte ei parituros promittentes. Longius autem in ultimis videlicet Romanorum finibus incolentes, litterae imperatoriae Thessalonicam, ibi obsequia sua honorifice delaturos, accersiverunt: qui brevi adfuerunt. Iam vero Crales cum toto agmine suo in confiniis consistens, a fugitivis Romanis quotidie ad proelium cum imperatore committendum sollicitabatur; qui infaustum formidans exitum, nequaquam eos audiebat; Chreles illi in exspectatione erat, qui Pheris adversum imperatorem iuniorum Romadis auxilium ferens, nondum redierat. Ex eo de imperatore eiusque exercitu, invadendus esset necne, intelligere cupiebat. Praesentem iam percunctatur, ecquid configendum putet. Ille pacem potius agendam, nec bellum, quod adhuc nullum sit, sibi suisque accersendum hortatur: imperatorem ipsum Pheris se vidisse, ducentem copias exiguas, verum in arte militari tantopere exercitatas, equisque et armis tam eximie instructas, ut solo aspectu terrorem incuterent. Ad hoc tam sedate et ordinate duces suos sequentes, ut non multos, sed unum dumtaxat esse credas, qui praecpta et audiat et ce-

οὔτε ἔδεισαν οὔτε ἔθρουβήθησαν οὐδαμῶς· ἀλλὰ ἐγγὺς γενόμενοι Φερῶν ὅσον συναναμίγνυσθαι αὐτοῖς, ἔστησαν ἀνάπλευρ ὁρμῆς διὰ πάσης τῆς ἡμέρας προκαλούμενοι ἐς μάχην. ἐπεὶ δὲ οὐδείς αὐτοῖς ἀντεπεξῆει, μικρὸν ἐκκλίναντες, ἠύλιθσαντο τὴν νύκτα, καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν πάλιν φραζάμενοι ἅμα ἔφ, ὡς ἐς μάχην ἔστησαν παρατεταγμένοι, καὶ πέμψαντες ἡμᾶς προκαλοῦντο ἐς τὴν μάχην· ἡμῶν δὲ οὐδὲ ἀντιβλέπειν ὑπομενόντων καὶ φανερώς τὴν συμπλοκὴν ἀπειπαμένων, ἀναστρέψαντες μεθ' ὅσης ἂν εἴποις τῆς εὐταξίας, ἔστρα-  
 10 τοποδεύσαντο ἐν Ζίχνα. τῇ δὲ οὕτω πάνταχόθεν συγκεκροτημένη στρατιᾷ, καὶ ὑπὸ στρατηγοῦς ἀγομένη πολλοὺς τε καὶ ἀγαθοὺς, ἀνάγκης χωρὶς οὐκ ἂν συγχωρήσαιμι συμπλέεσθαι ἐγώ. νυνὶ δὲ καὶ τῆς ἐσπερίου στρατιᾶς ἀπάσης, πολλῆς τε καὶ αὐτῆς καὶ ἀγαθῆς οὔσης, προσεχωρηκυίας βασιλεῖ, ἔτι  
 15 μαῶλλον ἀπορώτερα τὰ πρὸς τὸν πόλεμον αὐτῶν καθέστηκε.”  
 Τοιαῦτα εἰπόντος τοῦ Χρόλλη, ὃ, τε Κρόλλης ἐπαίθεται καὶ οἱ ἄλλοι ἡγεμόνες τῆς στρατιᾶς, καὶ ἤδη ἀπέσχοντο ταῖς γνώμαις τοῦ πρὸς βασιλέα πολεμεῖν· ἔμενον δὲ ὁμοῦς ἐπὶ τῆς αὐτῆς στρατοπεδείας. βασιλεὺς δὲ ἐκ τῆς Ἀχρίδος μετὰ ὀγδό-  
 20 ην ἡμέραν ἄρας, ἦλθεν εἰς Πελαγονίαν, τὴν εἰς Καστορίαν ἐκλιπῶν ὁδὸν, ἅμα μὲν, ἵνα καὶ τὰ ἐκεῖ περιποιήσῃται πόλιχνα καὶ τὴν ἄλλην χώραν, ἅμα δ', ἐπεὶ καὶ τὸν Κρόλλην ἐν ὄρισις πύθοιτο τῆς σφετέραις ἀρχῆς εἶναι, ἵνα μὴ δοκίῃ φ-

literiter conficiat: tantum autem fortitudine et audacia excellere, ut quamvis numero adversariis multis inferiores, eos ad urbem ipsorum nulla penitus consternatione aut formidine sequerentur, et prope Pheras, quo acie cum illis dimicaret, diem totum sub signis starent, pleni Martio spiritu hostem ad certamen provocantes. Quos contra cum efferre pedem auderet nemo, declinasse paululum et in campis pernoctasse. Postridie, orto sole, rursum armatos et dispositos, ad congregiendum hostes per internuntium elicere voluisse. Qui cum eorum ne vultum pugnæ ferrent pugnamque præcise detrectarent, quanto dici potest ordine et modestia Zichnam repetivisse. Itaque cum exercitu sic omnimodis instructo ac duces habente complures atque egregios, sine necessitate, ut depugnetur, nunquam se auctorem futurum. Adde, quod occidentales copiae ipsae quoque nec parvae et non instrenuae, cum imperatoris agmen adauerint, ut ipsi ab hoc bello abhorre ac refugere magis debeant, effecerint. Haec oratio Cralli ceterisque ducibus fidem fecit. Et quamquam belli gerendi voluntatem deponeret, in iisdem castris nihilo minus permanebant. Imperator Achride post diem octavum discedens, relicta Castoria, in Pelagoniam venit: et ut oppida illa ceteraque regionem reciperet, et ut ne, quia Cralem in finibus imperii sui castramentari acceperat, eius timore iter illud devitasse videretur. Romani

- A.C. 1328 βφ τῷ πρὸς αὐτὸν ἀποσχέσθαι τῆς ὁδοῦ. οἱ μὲντοι Ῥωμαίων V. 139ων φηγάδες ὡς ἐπύθοντο διὰ Πελαγονίας ἵνα βασιλέα, τῷ Κράλῃ προσιώντες, ἠνάγκαζον συμπλέκεσθαι βασιλεῖ, ἥδη οὐ πολὺ ἀπέχοντι αὐτῶν. ὁ Κράλης δὲ ἀπεκρίνατο, μήτε νῦν μήτε εἰσαυθίς ἐκὼν πολεμήσειν βασιλεῖ, ἐὰν μὴ αὐτὸς ἐπιή- αὐ-5
- Δ τοῖς δὲ τὴν δυνατὴν βοήθειαν εἰσηγηγῆθαι, δυοκαίδεκα τάγματα ἅμα στρατηγοὺς παρασχόμενος ἐν Φεραῖς αὐτοῖς ἐπικουρεῖν. νῦν δὲ αὐτῷ καὶ τούτου ἕνεκα μεταμέλειν, ὅτι πρὸς οὐδὲν ἡδίκηκότα πόλεμον ἤρατο ἕξ αἰτίας οὐδεμιάς. βασιλέας δὲ Ῥωμαίων πρὸς ἀλλήλους διαφερομένους, αὐτοὺς ἄνω εἶδέναι, ὅπως τε πολεμήσουσιν ἀλλήλοις καὶ καθότι ξυμβήσονται, ἐμὲ δὲ μηδὲν ὑπ' οὐδενὸς ἡδίκημένον, οὐδ' αὐτὸν πολεμήσειν οὐδενί, ἕως ἂν μὴ ἀδικῶμαι. οἱ μὲν οὖν τοιαύτης τυχόντες τῆς ἀπολογίας, καὶ τῆς μόνης ὑπολειπομένης ἐλπίδος σβεννυμένης, ἐθορυβοῦντο σφοδρῶς. οὐ μὴν ἀπέσχοντο 15 τοῦ μὴ σφόδρα μετὰ σπουδῆς πολλῆς πρὸς τὸν κατὰ βασιλέως πόλεμον τὸν Κράλῃν ἐξορμαῖν. πείθειν δὲ ἐπιχειροῦσι
- P. 17A καὶ δεομένοις μὴ ἔαν αὐτοὺς ἀτιμωρήτους, ἐπεὶ καὶ τῶν Τριβαλῶν παρῆσαν οἱ ἐν τέλει, „οὐ δέον,” εἶπον „ὡ οὔτοι, αὐτοὺς τε εἰκῆ καὶ μάτην κατατριβεσθαι ἐπιχειροῦντας 20 ἀνηντίοις, καὶ ἡμᾶς ἀποκναίειν ἂ μὴ προσήκει δεομένους. πρότερον γὰρ ἐχρῆν, τοῦ πρὸς βασιλέας τοὺς ὑμῶν δεσπότης πολέμου κινουμένον, αὐτοὺς πᾶσαν πρόφασιν σκανδάλου περιαιρεῖν καὶ τὴν εἰρήνην ἐκ παντὸς τρόπου ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἐκπορίζειν, εἰδότας, ὡς τοῦτο αὐτὸ βασιλεῦ-25

fugitivi, ut imperatorem Pelagoniam pergere compererunt, Crale convento, eum ad conflictum cum illo iam vicino acuebant. Respondit Crales, nisi ille se adoriatur, neque nunc, neque posthac cum eo depugnaturam. Ipsi quanta potuerit auxilia, duodecim cohortes cum tribunis Pheras misisse. Nunc se id etiam idcirco factum nolle, quod eum armis offendendum susceperit, a quo ipse nullam senserit iniuriam. Romanorum imperatores inter se discordes, scituros utique per se, quomodo bellum mutuo gerant et quatenus consentiant; se a neutro laesum, donec iniuste laedatur, neutrum armis persecuturum. Romani hoc responso spe, quae sola supererat, cadente, valde quidem perturbari, nec tamen desinere, multa et acri contentione urgere atque impellere principem obtestatique, ne inulti relinquerebantur. Quibus Tribali proceres tum praesentes: Heus, inquit, quid opus est et vos frustra ac temere defatigari, quae fieri nequeunt attentantes, et nos obtundere, quae praestari fas non est, obsecrantes? Bello inter imperatores, dominos vestros, excitato, vos omnem offensionis occasionem tollere pacemque vobis et aliis omni ratione conciliare oportebat, scientes, id ipsum et imperatoribus et vobis et communi

σί τε καὶ ὑμῖν καὶ τῷ κοινῷ λυσιτελεῖ Ῥωμαίων. ὁμοίως A. C. 1328  
 δὲ τούναντιόν ἅπαν αὐτοί τε ἐφαίνεσθε ποιούντες καὶ τοῖς  
 ἄλλοις παραινοῦντες. τὰς γὰρ πόλεις ἀπάσας περιμόντες, τοὺς  
 μὲν τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ τὸν πρὸς βασιλέα τὸν νέον πό- B  
 15λεμον συναιρομένους ἐπιηγεῖτέ τε καὶ ἐπηγγέλλεσθε θανάσι  
 ἅττα, τοὺς δὲ τὴν εἰρήνην ἄγειν αἰρουμένους καὶ τοὺς ἄλλους  
 πείθοντας, ὡς τὰ τοῦ νέου βασιλέως πράττοντας ἐπίσης ἐχρή-  
 σθε πολεμίοις, καὶ τὸν πόλεμον ἐγείρειν ἐσπουδάξετε τρόπο  
 παντί. ἃ οὖν ἐσπουδάξετε τότε, στέργοιτ' ἂν παρὸντα νῦν δι-  
 10καίως. ἡμεῖς δὲ Κράλη τῷ ἡμετέρῳ παραγγέλλομεν δεσπότη,  
 μὴ πρὸς βασιλέα πόλεμον κινεῖν, μηδὲ ἀδικεῖν ἐθέλειν προ-  
 επιχειροῦντα, ἄλογιζόμενον, ὡς καὶ παρὰ θεῶν τίσις ἐστὶ τοῖς  
 ἀδίκως πράττομένοις τοῖς ἀνθρώποις· εἰ δὲ αὐτὸς ἐπίη,  
 ἀμύνεσθαι παντὶ σθένει. εἰ μὲν οὖν πείθοιτο ἡμῖν βουλευο- C  
 15μένοις, καλῶς ἂν ἔχοι· εἰ δ' οὖν, ἀλλ' αὐτὸς ἀπελθὼν δια-  
 φερέτω τὸν πόλεμον μόνος, συμπαραλαβὼν ὑμᾶς· ἡμῶν γὰρ  
 ἀφίξεται οὐδεὶς." Τοιαῦτα εἰπόντων τῶν Τριβαλῶν, ὁ Κρά-  
 λης τε ἐπέειπτο καὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους φηγάδας εἶπε, „τὴν  
 μὲν διάνοιαν τῶν παρ' ἐμοὶ δυνατῶν ὁρᾶτε οἷαν ἔχουσι περὶ  
 20τοῦ πολέμου. ἐγὼ δὲ καὶ εἰ διὰ σπουδῆς τὸν πόλεμον ἦγον ἰδίαν  
 τιῶν ἕνεκα πρὸς βασιλέα διαφορῶν, ἀπεσχόμεν ἂν, ὁρῶν  
 αὐτοὺς οὕτως, ὥσπερ νῦν, διακειμένους· νῦν δὲ καὶ αὐτὸς οὐ-  
 δὲν ἦιτον αὐτῶν τὴν ἴσην ἔχω γνώμην περὶ τῶν πραγμάτων.  
 διὸ οὐδὲ ἐλόιμην ἂν, ἔξόν ἔξω τε κινδύνων εἶναι καὶ βεβαίως D  
 25ἄρχειν τῆς σφετέρως, ἀδικεῖν τε δοκεῖν καὶ ἐν ἀδήλῳ καδί-

Romanorum conducturum. Atqui contrarium prorsus et ipsi designa-  
 batis et alios hortabamini. Omnes siquidem civitates obeundo, arma  
 cum seniore imperatore adversus iuniorem coniungentes cum miri-  
 ficis quibusdam promissionibus laudabatis: eos autem, qui pacem  
 praeferrent et alios ad eam allicerent, velut a iunioribus stantes, ae-  
 que in hostibus ducebatis, ac bellum per fas et nefas accendere  
 conabamini. Ut igitur tunc studiose sementem fecistis, ita nunc  
 messem gravidam metite. Nos Crale despotae nostro denuntiamus,  
 ut imperatorem bello prior ne offendat secumque reputet, homini-  
 bus iniustis etiam apud Deum paratum esse supplicium. Si ab  
 illo vis inferatur, tum se quantum potest defendat. His monitis  
 nostris si obsecundarit, recte faciet: sin minus; eat, bellum, vobis  
 assumptis, toleret: de nobis quidem nullus eum sequetur. Motus  
 Crales, fugitivos in hunc modum compellat: Quae sit dynastarum  
 meorum mens et sententia de bello, ipsi videtis. Equidem etiamsi  
 propter privatas quasdam controversias imperatori arma molirer,  
 tamen eos ita ut nunc affectos cernens, coepto desisterem. Nunc  
 autem ideam mihi, qui illis, super hoc negotio sensus: nec, cum

- A. C. 1328 στασθαι κινδύνῳ, ἄλλως τε οὐδὲ τοῦ στρατεύματος ἑμοὶ παν-  
 τὸς συνηθροισμένον. ὑμῖν δὲ πρὸς τὴν σωτηρίαν βοήθειαν  
 εἰσενέγκοιμι ἂν ὄση. δυνατὴ, καί, εἴγε βούλεσθε, πρὸς βασι-  
 λέα πρᾶσβείαν πέμψας, παραιτησῶμαι ὑπὲρ ὑμῶν αὐτοῦ τὴν  
 ὄρηγν ἔγω. πρῶτος δὲ ὢν, ὡς ἀκούω, καὶ τοῖς προσκεκρουκό-5  
 σιν ἔτοιμος πρὸς διαλλαγὰς, συγγνώμην τε ἂν παράσχοι καὶ  
 τὰς συμφορὰς οὐ μετρίως κουφιῖ. εἰ δὲ τοῦτο ὑμῖν οὐκ ἀνε-  
 κτὸν, ἀλλ' ἔγω πρὸς Μιχαὴλ τὸν βασιλέα Μυσῶν κηδεστήν  
 V. 14 ὄντα ἑμὸν ὑμᾶς πέμψω, ὡς ἂν δι' αὐτοῦ πρὸς Βυζάντιον  
 διασωθῆτε. καὶ τούτου δὲ ὑμῖν οὐ κατὰ γνώμην ὄντος, καί το  
 P. 175 ἑτέραν ἔξεσσι τραπέσθαι. εἰς Βενετίαν γὰρ ἀφιγμένοις, ἔξ-  
 ιδίως ἔξεσται τριήρεσιν ἢ ὀλκάσιν ἐπανθῶδον πρὸς Βυζάντιον  
 τυχεῖν. καὶ ἑτέραν δὲ ἐπὶ τούτοις ὑποθήσομαι ὑμῖν ἐλπίδα  
 σωτηρίας. ἐπεὶ γὰρ Πρόσκόν τε καὶ Πρίλλαπον καὶ Στρίμ-  
 βιτζαν κατέχετε φρουραῖς, διανοιμᾶμενοι τὰς πόλεις ταύτας, 15  
 δυσαιώτους οὔσας διὰ καρτερότητα τειχῶν, καρτερεῖτε ἐν  
 αὐταῖς, ἄχρις ἂν ὁ πρὸς ἀλλήλους τῶν βασιλέων εἰς τι πέρας  
 πόλεμος ἀφίκηται." ἐπὶ τούτοις ἀμχανία τε εἶχε τοὺς φηγά-  
 δας, καὶ ἀπαλλαγὴ κακῶν ἐφαίνετο ἐκ τῶν πραγμάτων οὐδε-  
 μία. ὅμως δὲ σκεψάμενοι ἐκ τῶν παρόντων εἴλοντο μᾶλλον 20  
 Βιταῖς προειρημέναις ἐγκατακλεισθῆναι πόλεσι καὶ τὴν πολιορ-

14. Apud Gregoram legitur *Prosiacum*, Nicetas habet *Prosiacum*;  
 mire in his locorum appellationibus variant inferiores Graeci.  
 ED. P. Στρούμβιτζαν legendum aut, ut habet Cedrenus,  
 Στρούμπιτζαν. ED. P. Infra L. IV. p. 791. C. legitur Στρούμβιτζαν.  
 Vid. Ducang. ad Alexiadem p. 382.

abesse a periculo provinciamque meam tuto possidere liceat, malim  
 iniustus videri et in anceps me discrimen offerre, cum praesertim  
 copias meas coniunctas non habeam. Interea ad salutem vestram  
 tuendam, quantum in me est, auxilium vobis non negabo: et, si  
 placet, missa ad imperatorem iuniorum legatione, eius iram a vobis  
 deprecabor; qui cum sit miti clementique natura praeditus et recon-  
 ciliatu facilis, ut perhibent, veniam dabit et onus miseriarum ves-  
 trarum magnam partem allevabit. Si hoc displicet, ad Michaelem  
 Moesorum regem affinem meum vos mittam, cuius ope Byzantium  
 incolumes perducamini. Si nec istuc arridet, adhuc alia gradiemur  
 via. Nam Venetias profectis, non difficile erit tiremibus aut onerariis  
 Byzantium revēire. Quin et aliam vobis spem salutis sug-  
 geram. Cum Prosiacum, Prillapum et Strumbitzam praesidiis tene-  
 atis, distributis inter vos hisce oppidis propter murorum solidita-  
 tem vix expugnabilibus, in iisdem perdurate, quoad bello inter  
 imperatores finis aliquis imponatur. Fugitivi quid super his consilii  
 caperent, in incerto habebant: et malorum nusquam se ostendebat  
 exitus. Tamen circumspicite rebus praesentibus, praedictis oppidis

κίαν ὑπομένειν. καὶ πρωτοβεστιάριος μὲν ἄμα τισὶ τὸν Πρίλλ- Δ. C. 1328  
λαπον κατέσχε, τὸν δὲ Πρόσεκον Ἀσάνης ὁ Μιχαήλ, οἱ δὲ λοι-  
ποὶ Στριμβίτζης ἐκράτου. καὶ Βασιλικὸς ὁ Νικηφόρος Μελε-  
νίκου ἐπιτροπεύων, ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἑαυτῷ περι-  
5ποίησεν εἰς ἀρχήν, φάσκων, οὐδενὶ προσθήσεσθαι τῶν βασι- C  
λέων, ἄχρις ἂν ὁ πόλεμος καταλυθῇ.

νς'. Πρωτοβεστιάριος μὲν οὖν τῷ ἀδοκίτῳ πληγείς, ὡς  
ἐλέγετο, τῆς συμφορᾶς, καὶ μὴ φέρων τὴν κακοπραγίαν, ἐτε-  
λεύτερος μετὰ μικρὸν. καὶ ἀποθανόντος αὐτοῦ, οἱ περιλει-  
10φθέντες ἑαυτοὺς τε καὶ Πρίλλαπον ἐνεχείρισαν βασιλεῖ Ἀσά-  
νην δὲ τὸν Πρόσεκον ἀφείλοντο οἱ Τριβαλοὶ κλοπῇ. βασιλεὺς  
δὲ ἐκεῖθεν εἰς Θεσσαλονίκην ἐλθὼν, καὶ ἀναγκαιῶν τινῶν πέρι D  
ἡμέρας τινὰς αὐτῇ ἐνδιατρίψας, ὡς ἐδόκει ἀναγκαῖον εἶναι  
πρὸς Στριμβίτζαν ἐλθεῖν, ἔξοστράτευσε πάλιν. καὶ γενόμενος  
15ἐν αὐτῇ, τοὺς κατασχόντας ἐπιχειρεῖ πείθειν, (βιάζεσθαι γὰρ  
οὐκ ἦν πολέμῳ διὰ καρτερότητα τειχῶν,) ἑαυτοὺς παραδιδό-  
ναι καὶ τὴν πόλιν. μὴ πειθόμενων δὲ, ἀλλ' ἰσχυριζομένων  
τὴν πόλιν αὐτοὶ καθέξειν, ἄχρις ἂν ὁ πρὸς ἀλλήλους τῶν  
βασιλέων πόλεμος διαλυθῇ. ἐπεὶ οὐ προσεχώρει, ἄρας ἐκεῖ-  
20θεν, ἦλθεν εἰς Μελένικον. τὰ ἴσα δὲ καὶ Νικηφόρου ἀπο-  
κριναμένον τοῦ Βασιλικοῦ, ἐπεὶ πρὸς πολιορκίαν τρέπεσθαι  
ἀδύνατος ἦν, ἄλλων ἀναγκαιοτέρων ἐπιγόντων, ἐπανέβη εἰς  
εἰς Θεσσαλονίκην. γενομένην δὲ ἐκεῖ ἡγγέλθη ἐκ πρωτοστρά- P. 170  
τορος ἐπιτροπεύοντος τῆς Θράκης, ὡς βασιλεὺς ὁ πρεσβύτε-

includi et obsidionem perferre praeoptarunt. Protovestiarium cum nonnullis Prillapus cessit, Prosacum Michael Asanes obtinuit, reliqui Strumbitzam iverunt. Sub idem tempus Nicephorus Basilicus, qui Melenici praefecturam tenebat, eam urbem sibi propriam asseruit; cum neutro imperatore se facturum proficiens, donec bellum ad finem perductum esset.

56. Protovestiarium igitur inopinata quadam, ut ferebatur, calamitate oppressus nec miseriam sufferre potis, paucis post diebus e vita migravit. Quo extincto, comites ac socii semet cum Prillapo imperatori permiserunt. Asanem Tribali Prosaco per dolum exue-  
runt. Imperator e Pelagonia Thessalonicam profectus, ob graviam negotia diebus aliquot ibi positus, militem rursus in necessariam, ut visum est, expeditionem ad Strumbitzam eduxit. Cumque civibus deditionem suaderet, (cogere enim armis ob murorum firmitudinem non poterat,) et illi non flecterentur affirmarentque, se oppidum retenturos, quoad bellum inter imperatores sedaretur, inde se Melenicum transtulit: ubi Nicephoro Basilico eadem respondente, quia, rebus maioris momenti urgentibus, obsidere eam non dabatur, Thessalonicam se recepit. Eo a protostratore Thraciae praetore affertur,

A. C. 1328ρος ἦν τε εἶχε στρατιῶν ἐν Βυζαντίῳ καὶ ἑτέραν οὐκ ὀλίγην προσεκοριστάμενος, ἐκπέμψει κατ' αὐτοῦ, ὑπὸ στρατηγῷ Ἀσίαν τῷ Κωνσταντίνῳ, παρὰ τὸν Μέλανα ποταμὸν στρατοπεδευομένου. γενομένης δὲ ἐκεῖ τῆς συμβολῆς καὶ τῆς μάχης ἀγχομάλου ἐπιπολῶ διαμεινιάσης, οἱ τοῦ νέου βασιλέως ὁμῶς ὑπερσχύοντες, ἐτρέψαντό τε τοὺς ἀντιτεταγμένους καὶ

V. 141 τὴν διώξιν ἐποιήσαντο ἄχρι Βυζαντίου. καὶ τοὺς μὲν ἀπέκτειναν αὐτῶν, τοὺς δὲ καὶ εἶλον ζῶντας πλὴν ὀλίγων ὅσοι B διεσώθησαν εἰς τὴν πόλιν· ἑάλω δὲ καὶ ὁ στρατηγός· καὶ νικήσαντες περιφανῶς, ἀνεχώρησαν ἐπ' οἶκου. τούτων δὲ ἀγ-10 γελθέντων, τῆς μὲν νίκης ἕνεκα ὁ βασιλεὺς εὐχαριστηρίους εὐχὰς ἀπεδίδου Θεῷ· ἐπιστραφεῖς δὲ πρὸς τοὺς παρόντας, (πολλοὶ δὲ ἦσαν,) οὐ μᾶλλον ἤδεσθαι ἔφη κρατησάντων τῶν σφετέρων, ἢ ὅσον ἀνιῶται ἐπὶ τῇ τῶν ἀντιτεταγμένων ἥσση. „οὐ γὰρ μόνον ὅτι Ῥωμαῖοι οἱ πεσόντες, οὓς ἐχρῆν οὐ πρὸς 15 ἀλλήλους, ἀλλ' ὑπὲρ ἀλλήλων βαρβάρους μαχομένους ἀποθνήσκειν, δίκαιον ἄλγεῖν, ἀλλ' ὅτι δέος, μὴ καὶ τῶν οἰκειοτάτων τινὲς ἢ τῶν φίλων ἦσαν οἱ ἀποθανόντες· καὶ τρίτον, ὅτι οὐχ ὑπὸ βαρβάρων τῶν φύσει πολεμίων, ἀλλ' ὑφ' ἡμῶν ἀνάλογ- Cται τῶν πάνν φιλοῦντων. καὶ εἰκέναι ἡμᾶς νομίζω τοῖς ὑπόδο μανίας τῶν ἰδιῶν σαρκῶν ἐμφοροῦμένοις, οἱ οὐκ ἐπαινεῖσθαι, ἀλλ' ἐλεεῖσθαι δίκαιοι τῆς ἀτόπου τροφῆς. καὶ, τὸ δὴ μείζον, ὅτι οὐχ ὑπὸ Ἑλλήνων μόνον καὶ βαρβάρων τῶν ἀκούοντων δι-

22. Malim τὸ δὲ μείζον et infra γενομένων.

imperatorem avum, quam habuisset Byzantii manum et aliam non spernendam aliunde collectam, duce Constantino Asane, contra ipsum, iuxta flumen Melanem castra habentem, misisse. Pugnatum esse diu ancipiti victoria: tandem iunioris imperatoris militem superiorem evasisse hostesque terga dantes, usque Byzantium insecutum, alios interfecisse, alios cum ipso duce cepisse, paucos in urbem salvos penetrasse: victores cum triumpho certissimo domum rediisse. Ob hunc nuntium imperator Deo gratias egit: conversusque ad astantium frequentiam, non magis se victoria suorum exultare confessus est, quam constriatari, adversarios superatos esse. Non enim ob hoc tantummodo iusto dolore tangi, quod qui cecidissent, Romani fuissent, quos non inter se, sed pro se mutuo adversum barbaros decertando occumbere oportuisset; sed quod timendum, ne quidam in eorum numero aut amici, aut necessitudine coniunctissima fuerint: deinde, quod non a barbaris natura hostibus, sed ab amicissimis deleti sint. Et opinor, inquit, nos eorum similes, qui insania ac furore perciti, suas ipsorum carnes commanducant: quos ob alimoniam teterrimam non laudare, sed miserari aequum est. Et quod maius profecto, quia non Graecorum solum et barbarorum,



καιοι μισθῶσαι τῆς εἰς ἀλλήλους παρανομίας, ἀλλ' ἄδηλον, εἴ A. C. 1328  
 τι καὶ τῶν γινόμενων ἀρέσκει θεῶ, καὶ μὴ ἐπίσης οἱ τε ἀμν-  
 νόμενοι καὶ οἱ ἐπιόντες ἄξιοι τιμωριῶν παρ' αὐτῶ κριτῆ. ἐβου-  
 λόμην μὲν οὖν μὴ ἀπὸ Ῥωμαίων, ἀλλ' ἀπὸ βαρβάρων ἔστη-  
 5 κέναι τὸ τρόπαιον τοῖς ἡμετέροις, ἵνα εἶχον τῆς νίκης καθα-  
 ρὰν τὴν ἡδονήν. ἐπειδὴ δὲ οὕτω τὰ ἡμέτερα ὑπὸ φθοροῦσθ D  
 τινος δαίμονος συνεσκευάσθη, ὡς καὶ τὴν νίκην ἀλγηδόνοσ  
 αἰτίαν φαίνεσθαι ἡμῖν, χάριτας ὁμολογῶ τῷ κρείττονι πολλὰς,  
 οὐ μόνον ὅτι τοῖς ἐμοῖς συνήρατο πρὸς τὴν νίκην, ἀλλ' ὅτι  
 10 καὶ μηδεμίαν αἰτίαν αὐτὸς ἐν τῷ νυνὶ πολέμῳ οὐ μόνον πα-  
 ρεσχόμεν, ἀλλὰ καὶ κινουμένου τὴν ἀρχήν, πολλὰ καὶ ἔπραξα  
 ἄξια καὶ εἶπον λόγον, δέόμενος τὸν πόλεμον καταθέσθαι τοὺς  
 κρυπῶντας, εἰ καὶ καθ' ἑδάτων, τὸ τῆς παρομίας, ἐδόκουν  
 γράφειν." Οἱ μὲν οὖν ἀκούσαντες, οὐ μόνον τῆς ἀγχινοίας  
 15 ἐθαύμασαν τὸν βασιλέα, ἀλλὰ καὶ τοῦ μὴ φροσῶσθαι μὴδ'  
 ἐπαίρεσθαι ἐν ταῖς εὐτυχίαις, ἀλλ' ἐν ταῖς τῶν πραγμάτων  
 μεταβολαῖς ἴσον καὶ ὅμοιον παρέχειν ἑαυτὸν. βασιλεὺς δὲ τὸν P. 177  
 τε πρωτοστράτορα γράμμασιν ἡμείβετο εὐχαριστηρίοις, καὶ  
 τοὺς συνόντας αὐτῷ τῶν συγκλητικῶν τιμαῖς τε καὶ ἄλλαις  
 20 εὐεργεσίαις, καὶ τοὺς στρατιώτας τοὺς μὲν ἐπιδόσει τῆς μισθο-  
 φορᾶς, τῶν ἐτησίων δὲ προσόδων τοὺς λοιποὺς μᾶλλον ἐπέβ-  
 ῆωσε καὶ προθυμότερους πρὸς τὸ πολεμεῖν εἰργάσατο ὑπὲρ  
 αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ ἐν Θεσσαλονικῆ ὑπογραφέας καταστήσας, δι'  
 αὐτῶν διῶκει καὶ ἐξίσταζε τὴν ἐσπέραν, καὶ καταλόγους ἔτασ-

24. Intrp. perperam leg. καταλόγους: alios insuper centuriabat.

ad quos rei fama pervaserit, odio propter mutuum scelus digai eri-  
 mus, sed dubitari potest, an quidquam horum Deo placeat; et non  
 aequae se tuentes, ut invadentes, apud ipsum iudicem poenas com-  
 meruisse videantur. Nostros igitur non de Romanis, sed de barba-  
 ris trophaeum erexisse vellem, ut e victoria sua liquidum sincerum-  
 que gaudium perciperent. Sed quoniam daemones alicuius invidentia  
 factum est, ut ipsa etiam victoria dolendi materiam nobis porrige-  
 ret, numini gratias magnas ago, non modo quod meis ad vincendum  
 circa idem dum salutare leges conderet, trahenti in iudicium propter  
 auferendam tunicam, pallium quoque dimitti iussit: et percutienti  
 unam maxillam citra vindictam porrigendam et alteram; et alia de-

A. C. 1328 διανοίας. παραδήγων δὲ ἡμᾶς εἰς τὴν ἐργασίαν τῶν σώτηριων  
 P. 197 νόμων, ποτὲ μὲν εἶπε, „μὴ γινώτω ἡ ἀριστερά σου τί ποιῆ ἢ δε-  
 ξιά σου” καὶ „εἰσελθὼν εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, πρόσσευξαι τῷ πατρὶ  
 σου τῷ ἐν οὐρανῷ” καὶ προσέτι „κλείσας τὴν θύραν,” ποτὲ δὲ  
 ὅτι „λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως  
 ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα.” καίτοι γε τῷ δοκεῖν τὰ τοιαῦτα  
 παραγγέλματα ἀντίκεινται ἀλλήλοις, ἐμοὶ δὲ δοκεῖν, τοὺς μὲν  
 ἀτελείσιν ἡμῖν καὶ δυναμένοις ἐκ τῆς ἐπιδείξεως τῶν καμύτων  
 τὰ ἔπαθλα ἀποστερεῖσθαι, τὸ ἐπικρύπτεσθαι αὐτὰ εἰρησθαι  
 παντὶ σθένει τοῖς διδασκάλοις δὲ ὑμῖν καὶ κοινὸν παράδειγμα<sup>10</sup>  
 B. ὁρθοῦ καὶ σώφρονος βίου προκειμένοις, τὸ λάμπειν ὑμῶν τὰ  
 καλὰ ἔργα, ὅπως οἱ πολλοὶ ὀρώντες, τὸν πατέρα ἡμῶν δοξά-  
 ζωσι τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἐὰν τοίνυν ὑμεῖς, οἱ φῶς ἡμῶν  
 τῶν μαθητευομένων καὶ ταῖς ἀπάταις τοῦ βίου καὶ μερίμναις  
 καὶ ἡθοναῖς προσισχομένων δίκαιοι ὄντες εἶναι, δεινοὶ καὶ<sup>15</sup>  
 ἀπαραίτητοι καὶ μηδεμίαν παρέχοντες συγγνώμην τοῖς ἀδική-  
 σαι καὶ κακῶς ὑμᾶς διαθεῖσι φανῆτε, οὐ θηρίων ἀνημέρων  
 ἀγριωτέρους ἡμᾶς καὶ ὀμότερους παρασκευάσετε γενέσθαι;  
 καὶ συμβῆσεται ὑμῖν, ὥσπερ τοῦ καλοῦ παράδειγμα γινομένοις  
 ὑπὲρ τῆς πάντων ὠφελείας παρὰ τοῦ φιλανθρώπου καὶ δι-<sup>20</sup>  
 καίου βραβευτοῦ στεφάνων ἀξιούσθαι καὶ γερῶν, οὕτω νῦν  
 C. ὄφλειν οὐ τὰς τυχούσας δίκας ὑπὲρ τοῦ πᾶσι βλάβης ἀφορ-  
 μὴν παρεσχημέναι. ἐγὼ δὲ παράδειγμα φιλανθρωπίας καὶ ἀπὸ

2. Matth. cap. 6. ED. P.

mum, quae in eandem sententiam sequuntur. Exacnens porro nos ad servanda praecepta salutifera, aliquando dixit: *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextra tua.* Et, *Ingressus cubiculum tuum, clauso ostio ora Patrem tuum, qui in coelis est.* Aliquando autem: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.* Hae leges quamvis secum pugnare videantur, tamen nisi aberrat opinio, nobis imperfectis et qui possumus ex ostentatione laborum nostrorum praemia amittere dictum est, uti ipsos totis viribus abscindamus: vobis autem magistris et communibus rectae inculpaetae vitae exemplaribus, ut luceant opera vestra: quo multi, dum ea intuentur, Patrem nostrum, qui in coelis est, glorificent. Si itaque vos qui lux nostra, nostra, inquam, qui discipuli sumus et fallacis, sollicitudinibus ac voluptatibus huius vitae implicati tenemur, merito esse debetis, duri et inexorabiles eritis et mala irrogantes venia nulla prosequemini, nonne feris immitibus immitiores ac saeviores nos facitis? Quare quemadmodum si ad omnium fructum probitatis exemplaria fieretis, a pio et iusto certaminis arbitro coronis et praemiis dignaremini: sic omnibus nocendi aliis occasionem datis, non vulgaribus poenis condemnabimini. Atqui ego exemplum humanitatis de nobis, huic vitae affixis, proponam vobis, quod recentis-

τῶν τῇ βίῳ προσηλωμένων ἡμῶν παρεξομαι ὑμῖν οὐπω χθὲς A. C. 1328  
καὶ πρόωγν γεγενημένον. ὁρᾶτε γὰρ τὸν βασιλέα, τοσοῦτο μὲν  
ἀρχῆς μέγεθος περιβεβλημένον, οὕτω δ' ἐν αὐτῇ τῇ τῆς νεό-  
τητος ἄνθει, ὅτε μάλιστα ἂν τις, καὶ πολλὴν ποιούμενος ὀρ-  
530ῦ βίου φροντίδα, ῥᾶστα καὶ ὑπὸ ἡδονῶν κρατοῖτο καὶ πρὸς  
ἀμετρίαν ἐξάγοιτο θυμοῦ, πρὸς τὸν ὑβριστὴν καὶ τὰ δεινότα-  
τα τετολμηκότα Μάρκον ὀποιᾶ, μηδενὸς ἂν προσδοκῆσαντος,  
ἡμερότητι ἐχρήσατο καὶ φιλανθρωπίᾳ. εἰ οὖν ἐκεῖνος νέος ὢν, D  
ὥσπερ ἔφημεν, καὶ βασιλεὺς καὶ τοῖς τοῦ βίου πράγμασι  
10προσέχων, οὕτω συνέγνω τῇ πταίσαντι ῥαδίως, οὐ καὶ σὺ  
διδάσκαλός τε ὢν κοινὸς καὶ οἰοεὶ παράδειγμα προκείμενος  
ἐναρέτον βίου, τοῖς ὑπὸ ῥαθυμίας προσκεκρονκούσι συγγνώμην  
παρέξεις ἀδελφοῖς; ἀλλ' οὕτω διακαυτερήσεις ἀπαραιτήτως  
τῶν ἡμαρτημένων δίκας ἀπαιτῶν, μήτε πρὸς τὰς ἡμέτερας  
15καμπτόμενος δεήσεις, μήτε οἴκτον μηδένα λαμβάνων ἀτυχοῦν-  
των αὐτῶν καὶ τῆς παροινίας ἥδη δεδοκῶτων ἀξίας δίκας, ἐπὶ  
τοσοῦτον χρόνον εἰς δικαστήρια ἐλκομένων καὶ παρὰ πάντων  
περιορωμένων καὶ τὰ ἔσχατα πείσεσθαι προσδοκούντων; μὴ,  
παρακαλῶ. ἀναμνήσω δέ σε καὶ τινος ἐπαγγελίας ἧς ἐπηγγείλω P. 198  
20οπρὸς ἐμέ. καὶ γὰρ ὅτε πρῶτον πρὸς σὲ ἀφῆμαι ὑπὲρ τουτωνὶ  
δεόμενος τῶν ἀρχιερέων, ἐπεὶ πολὺς αὐτὸς ἐνέκεισο ἐπὶ δίκην  
καλῶν, ἀλλ' ὄρα, ἔφην, μὴ σὺ, καὶ δικαστὴς καὶ κατηγορὸς ὢν, V. 160  
τὸ τῶν δικαιομένων δικαίωμα παρίδης. τότε μὲν οὖν μὴ παρό-  
ψεσθαι ἐπηγγείλω νῦν δ' ἥδη καιρὸς καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων τὴν

17. Pro παρὰ ed. P. πάν, quod corr. Editor Ven.

sime contigit. Videtis imperatorem, quamquam in tanto tamque  
amplo imperio collocatum, nihilo minus in ipso aetatis flore, quan-  
do quis, etiam plurimum de vita recte instituenda sollicitus, facilli-  
me et a voluptatibus pessumdari et ad iram immoderatam impelli  
possit, adversus protervitatem Marci, omnium mortalium scelestissi-  
mi, quali quamque omnibus inopinata mansuetudine et clementia  
usus sit. Si ergo ille et aetate juvenis et imperator, ut diximus, et  
negotii huius vitae involutus, tam libenter offensam condonavit, tu  
communis praeceptor et tamquam sanctioris vitae speculum proposi-  
tus, fratribus, ignavia quadam male de te meritis, nonne ignoscas?  
an ita obfirmatus in reprecendis a sontibus poenis, neque nostris  
precibus inflexus, neque ulla infelicitum miseratione captus persistes?  
qui dementiae suae pretium condignum iam tulerunt, tali tempore  
ad tribunal pertracti et ab omnibus despecti et ultima supplicia se  
passuros formidantes? Ah noli, obsecro. Redigam autem tibi in me-  
moriam promissum quoddam, quod mihi dedisti. Ut primum ad te  
pro his episcopis oratum accessi, quia vehementer iudicium urgebas,  
Vide, inquit, ne tu iudex et accusator simul firmamenta reorum  
negligas. Ac tunc quidem te id minime facturum recipiebas. En tem-

A. C. 1328 ἐπαγγελίαν ἐκπληροῦν. τὸ γὰρ δικαίωμα αὐτῶν ἀφῆμαι ἔχων ἐγώ." καὶ ἀναστάς εὐθύς, ἐπεὶ ὁ, τε πατριάρχης καὶ οἱ λοιποὶ συνανέστησαν πάντες, τοὺς ἐγκαλουμένους παραλαβὼν ἀρχιερέας, ἅμα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις παρακελευσάμενος τὰ Βίσα δρᾶν καὶ τῆς δέησεως συνεφάπτεσθαι αὐτοῖς, πρὸς τοὺς 5 πόδας ὁμοῦ πάντες τοῦ πατριάρχου κατακλιθέντες, „συχώρησον ἡμῖν τοῖς ἑπτακόσιν" ἔλεγον „πάτερ, ἄφες, ἵνα καὶ σοὶ παρὰ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐν οὐρανοῖς τὰ ὀφειλόμενα ἀφεθῆ." οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα ἐποιοῦν ὁ πατριάρχης δὲ „ἀφύκτοις" ἔφη „λίνοις ὑπὸ σοῦ, μέγα δομέστικε, περισχεθεῖς, ἐπεὶ μηδὲν 10 ἔξεστιν ἔτι δρᾶν ἢ ὅπερ αὐτὸς ποιῆ διαὶ σπουδῆς, τὸ ἀντιλέγειν ἀφείς, ὅπερ ἐθέλεις αὐτὸς ποιήσω." καὶ αὐτίκα συγγνώμην τε ἐδίδου καὶ τῆς αἰτίας ἠφίει τοὺς λελυπηκότας, καὶ παρὰ τοῦ θεοῦ συγχώρησιν αὐτοῖς τῶν ἡμαρτημένων ἔδεικτετο, καὶ τῷ μεγάλῳ δομestίκῳ πολλὰ ἐπηνύχτο ἀγαθὰ τῶν 15 λόγων ἔνεκα, ὧν διεξῆλθε πρὸς αὐτούς. ἠσπάζετό τε τοὺς λελυπηκότας ἀρχιερέας καθ' ἕνα καὶ εὐλογίας ἡξίου, δεῖγμα καθαρᾶς διαλλαγῆς. μετὰ δὲ τοῦτο πατριάρχης μὲν διέλυσε τὸν σύλλογον, βραχέα τινὰ διαλεχθεῖς· οἱ αἰτιαθέντες δὲ ἀρχιερεῖς εἰς βασιλέα ἐλθόντες, πολλὰς ὁμολόγουν χάριτας αὐτῇ τῆς ὑπὲρ αὐτῶν ἐπιμελείας καὶ σπουδῆς καὶ ἐπηνύχοντο πολλὰ ἀγαθὰ. βασιλεὺς δὲ ἰδίᾳ τοῖς τε ἐν τέλει καὶ τοῖς στρατιώταις καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύουσιν πολλὰς παρεχομένῳ τὰς εὐεργεσίας, οὐκ ἐδόκει δεῖν μὴ καὶ δημοσίᾳ τῷ δήμῳ καὶ 20 Δπᾶσῃ τῇ πόλει χάριν καταθέσθαι τινὰ, καὶ τὰς τε βιαιοτέ-25

pus adest, ut quod promisisti, id re ipsa praestes: nam praesidia causae ipsorum ego mecum affero. Cum dicto surgens, (surrexerunt autem et patriarcha et reliqui omnes,) episcopos accusatos accipit et alios illos quoque ad preces secum coniungendas hortatur, atque ita simul omnes ad pedes patriarchae procidunt, clamantes: Ignosce lapsis nobis, pater: ut et tibi a patre coelesti debita ignoscantur. Haec illi faciebant. Patriarcha vero, Inextricabili, inquit, reti abs te comprehensus, magne domestice, quia aliud facere non licet, quam quod tibi studio est, omittam repugnare tibi que parebo. Mox veniam largitur et crimine absolvit, a quibus fuerat violatus, et a Deo illis impunitatem postulat: magno domestico pro cohortatione multa bona comprecatur; singulosque episcopos, a quibus offensus erat, complexus, etiam benedictione (argumento utique non fucatae reconciliationis) impertit. Post haec pauca effatus, coetum dimittit. Episcopi absoluti imperatorem adeunt; de cura et diligentia in ipsorum causa declarata gratias amplissimas agunt: divinorum ei munerum copiam exoptant. Cui separatim primores, milites aliosque amicos ac necessarios munifice remunerant, visum est non committendum, quo minus

ρας ἐκόλυσε συνεισφορὰς, καὶ ὅσοι ἀμπέλους ἢ οἰκήματα ἐν Α. C. 1328 δημοσίοις χωρίοις εἶχον, ἐφ' οἷς συνετέλουν πρόσσοδόν τινα τακτὴν εἰς τὸ κοινόν, τούτους ἐκέλευσε μηδὲν παρέχειν, ἀλλ' ἄνευ φόρου καρποῦσθαι, καὶ χρυσόβουλλον δικαίωμα ἐπὶ 5τῇ εὐεργεσίᾳ παρασχών.

γ'. Ἐπὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ ὁ τῶν Μισσῶν P. 199 βασιλεὺς Μιχαὴλ πανστρατιᾷ ἐπέβαλεν εἰς τὴν Ῥωμαίων, ἄγων καὶ Σκύθας συμμάχους, καὶ τὰς ἀνω τῆς Θράκης ἐδήλωσε πόλεις ἐφ' ἡμέραις ἱκαναῖς. ἐπεὶ δὲ ἐπύθτετο ὁ βασιλεὺς τὴν 10 εἰσβολὴν, ὄσσην ἐξῆν ἀθροίσας στρατιάν, ἤλθεν εἰς Βιζύην B κατὰ τάχος, κακεὶ παρεσκευάζετο πρὸς μάχην. Μιχαὴλ δὲ πρὸς τῶν σφετέρων μάθοι κατασκόπων ἐν Βιζύῃ παρασκευάζεσθαι τὸν βασιλέα, (ἔτι γὰρ ἐν τῇ Ῥωμαίων καθήμερος ἐδήσθη,) δείσας μὴ ἐπελθόντα οὐχ οἷός τε ἀμύνεσθαι 15 ἦν, ἔγνω δεῖν ἐξαιπατῆσαι. καὶ πέμπας πρεσβευτήν, ἀκηροῦ V. 161 ναὶ ἔφρασκεν εἰς Βιζύην ἀφωγμένον, στοχαζέσθαι γε μὴν ἐκ τῶν εἰκότων μάχεσθαι οἱ ὠρμημένον ἐπιέναι. οὐ δεῖν οὖν κατατρίβειν τὴν στρατιάν μακρὰν ἀνόντα ὁδόν. αὐτὸν γὰρ ἐς τὴν ὑστεραίαν ἅμα ἔφ' ἀφίξεσθαι ἐς Βιζύην ὡς ἐς μάχην. 20 ὁ μὲν οὖν πρεσβευτῆς τοιαῦτα εἰπὼν ἀπῆλθε. Μιχαὴλ δὲ ἄρας τῷ στρατῷ, τῆς τε ἡμέρας τὸ λοιπὸν καὶ τὴν ἐπιούσαν C νύκτα βαδίσας συντόμως, ἐς τὴν ὑστεραίαν ἐν ὄρειοις τῆς ἰδίας ἡγεμονίας ἦν. βασιλεὺς δὲ ἅμα πρῶτ' τὴν τε στρατιάν κελεύσας ἐν τοῖς ὄπλοις εἶναι καὶ τὴν ἐφοδὸν τῶν βαρβάρων πε-

etiam populo civitatique universae publice aliqua gratia referretur. Itaque vectigalia onerosiora sustulit; et quicumque vineas aut domicilia in locis publicis tributaria possidebant, iis pensionem remisit et beneficium istuc data aurea bulla constabilivit.

3. Sub idem tempus Moesorum rex Michael cum omnibus copiis suis et Scytharum auxiliis in fines Romanos irrupit superiorisque Thraciae oppida diebus multis depopulatus est. Eo comperto, imperator quam maximos potuit delectus egit, et Bizyam properans, ibi se ad proelium instruxit. Quod cum ex speculatoribus suis Michael didicisset, (adhuc enim Romanam provinciam devastabat,) metuens, ne adventantem sustinere non posset, ad fraudem confugiendum cecusuit. Misso igitur legato, dici iussit, audisse se, eum Bizyam advenisse. Ducere coniecturam e verisimilibus, hostili animo venisse, secum proeliandi ardore inflammatum. Ne igitur militem suum longo itinere delasset, se cum diluculo crastino Bizyam ad manum conserendam accessurum. His nuntiatis legatus discessit. At Michael inde se movens et per reliquum diei noctemque continenter ambulans, die altero fines sui principatus attigit. Imperator suis praecepit, uti mane in armis hostem expectarent: et ipse conflictui necessaria curans, nonnul-

- A. C. 1328 ριμένειν, ἔζηρτύετο καὶ αὐτὸς τὰ πρὸς τὴν μάχην. καὶ στρατιώτας ἔπεμψε τινας ὡς τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων κατασκευομένους. περὶ μεσημβρίαν δὲ οἱ κατὰσκοποὶ ἤκον στρατιῶται, ἄγοντες καὶ Μυσοὺς δοριαλώτους ἕξ· οἱ ἀνερευνώμενοι, τὸν βασιλέα ἔφρασαν σφῶν τῇ προτεραίᾳ ἄρατα τῇ στρα-5  
τιᾷ οἴχεσθαι εἰς τὴν οἰκίαν, αὐτοὺς δὲ ἀρπαγῆς ἕνεκα περι-  
D λειφθέντας, ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀλῶναι. οὕτω μὲν Μιχαὴλ κατεστρατηγήησε βασιλέα. οὐ πολλαῖς δὲ ὕστερον ἡμέραις καὶ αὐτὸς εἰσέβαλεν εἰς τὴν Μυσίαν, καὶ τᾶλλα τε ἐκάκωσεν αὐ-  
τὴν καὶ Διάμπολιν εἶλεν ἕξ ἐφόδου· καὶ πορθήσας αὐτήν, 10  
ἐπανέξευξεν εἰς τὴν οἰκίαν. ὁ Μιχαὴλ δὲ μετὰ ἔξηκοστὴν ἡμέραν τῆς βασιλείως εἰσβολῆς πάλιν καὶ αὐτὸς εἰσέβαλεν εἰς τὴν Ῥωμαίων. καὶ γενόμενος ἐν Ὀδρουσίῳ, τὸ Βουκέλου προσ-  
αγορευόμενον πόλισμα εἶλε προδοσίᾳ, τῶν φυλάκων νυκτὸς καταπροδόντων· καὶ ἔστρατοπέδευσεν ἐν αὐτῷ ἀδικήσας μη-15  
P. 260 δέν. βασιλεὺς δὲ Διδυμοτείχῳ ἐνδιατρίβων, ἐπεὶ ἐπύθετο τὴν εἰσβολὴν, εἰς Ἀδριανούπολιν ἦλθε κατὰ τάχος, κακῆ συνήθροϊζε τὴν στρατιάν ὡς μαχοῦμενος Μυσοῖς. καὶ ὁ Μιχαὴλ ἐν Βουκέλου ἔστρατοπεδευμένος, παρεσκευάζετο καὶ αὐ-  
τὸς, ἐκ τῆς οἰκίας στρατιάν μεταπεμπόμενος. καὶ ὕστερον 20  
ἡμέραις ὀλίγαις τὸ Προβάτου καὶ αὐτὸ πόλισμα ἐγγὺς ὃν περιστρατοπεδευσάμενος ἐπολιόρκει. οὕτω μὲν οὖν ἀλλήλοις ἀντεστρατοπεδεύοντο ἐπὶ τριάκοντα ἡμέραις ἐξαυτῶμενοι τὰ πρὸς τὴν μάχην. ἐπεὶ δὲ ἤδη πάντα ἐπεπόριστο καὶ ἔδει ἐπιέ-  
B ναι, πρεσβείαν πέμψας ὁ βασιλεὺς πρὸς Μιχαὴλ, οἶεσθαι 25  
ἔλεγεν ἐπιλεῆσθαι αὐτὸν τῶν τε ὄρκων καὶ τῶν συνθηκῶν,

Ios ad castra Moesorum exploranda dimittit: qui sub meridiem cum sex Moesis captivis revertuntur. Ii interrogati, regem pridie cum exercitu domum regressum, se praedandi causa relictos et ita captos memorant. Sic Michael strategemate imperatorem delusit. Non multi dies intercesserunt, cum ipse quoque imperator Moesiam incursans, et cetera infestam habuit et Diampolin primo impetu expugnavit, atque ita in provinciam suam reversus est. Die ab hac incursione sexagesimo rursus Michael in Romanos praedabundus invadit, et in Odrysis Bucelum oppidulum per proditionem exenbitorum capit ibique castra sine maleficio ponit. Imperator Didymotichum incursione perlata, Adrianopolin festinat, ubi militem ad pugnam colligit. Michael quoque dono cohortes Bucelum evocat seseque ad certamen comparat. Post paucos dies Probatum vicinum oppidulum obsidione cingit. Sic usque in tricesimum diem castra castris opponentes, ad proelium sese instruebant. Paratis iam omnibus, cum ad manus veniendum casset, mittit legationem ad Michaelen imperator, cuius haec summa fuit: Videri ipsum foederis et iurisiurandi, quod inter se apud Tzer-

οὐ ἐγένοντο αὐτοῖς συγγενομένοις ἐν Τζερνομιάνου, καὶ διὰ Δ. C. 1328  
τοῦτο τῆ τε Ῥωμαίων πρώτων ἐσβεβλημένοι καὶ τὸν πόλεμον  
κεκινημένοι, αὐτὸν δὲ μεμνησθαί τε τῶν συνθηκῶν καὶ ἐμ-  
μένειν ταῖς σπονδαῖς. ἀδικούμενον δὲ καὶ προεπιβουλευόμε-  
5νον ἀμύνεσθαι, καὶ ἄκοντα ἐς τὸν πόλεμον καθίστασθαι,  
τοῦτο μὲν, ὅτι καὶ ἡ ἐκατέρωθεν στρατιὰ τῆς αὐτῆς εἰσι θρη-  
σκευίας, οὓς οὐ πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ μετ' ἀλλήλων ἔδει ταῖς  
ἀσεβοῦσι περὶ τὸν θεὸν βαρβάρους ἐπιέναι· τοῦτο δ', ὅτι καὶ  
αὐτὸν ἀδελφῆς ὄντα σύνοικον τῆς ἑαυτοῦ οὐ βούλοιο πολέ-  
10μοιον, ἀλλὰ φίλον ἔχειν. πλὴν εἰάν τὸ πόλισμα ἀποδῶ, ὃ λα- C  
βῶν ἔχει προδοσίᾳ· εἰάν δὲ μὴ ἀποδιδῶ, τὸν σταυρὸν, ὃν  
πρότερον πέπομφε πρὸς αὐτὸν, ἐπὶ τῆς σημαίας ἀναθεῖς,  
ἐλεύσεται ἐπ' αὐτόν. ὁ Μιχαὴλ δὲ καὶ αὐτὸς ἀντεπροσβεύετο  
πρὸς βασιλέα, τὸν ἴσον τρόπον αὐτὸν τε εἶναι τοῦ σφετέρου  
15παῖδα πατρὸς καὶ τὴν αὐτοῦ ἀδελφὴν. προσήκειν οὖν αὐτὸν  
τὴν πατρίαν ἔχοντα πᾶσαν ἄρχῆν, καὶ τὴν ἀδελφὴν κατὰ  
τὸν τοῦ δικαίου λόγον μέρους τινὸς τῶν πατρίων κληρονο-  
μεῖν. ὁ βασιλεὺς δὲ καὶ πάνν βούλεσθαι τοῦτο ἔφη, καὶ μὴ  
μόνον τὸ Βουκέλου πόλισμα, ἀλλὰ καὶ πόλεις ἑτέρας ὡς τοῦ  
20πατρίου κλήρου καὶ αὐτῷ συμμετέχοντι παρασχεῖν πλὴν D  
κατὰ τὸν ἄνωθεν ἐπικρατήσαντα Ῥωμαίοις νόμον. οὗτος δέ V. 162  
ἔστι, τὸ τῶν παιδῶν βασιλέως τὸν μὲν προήκοντα τῷ χρόνῳ  
βασιλέα τε ἀναγορεύεσθαι καὶ τῶν ἄλλων ἄρχειν, τοὺς δ' ἄλ-  
λους ἀδελφούς ὑπέκειν τε τῷ πρώτῳ καὶ δουλεύειν ἀκριβῶς.

6. Mendose in MS. Inpr. Θράκης: quia uterque exercitus Thra-  
ces sine. ED. P.

nomianum dedissent, oblivione captum, atque ideo et Romanam re-  
gionem incursasse et bellum commovisse: se pactorum meminisse nec  
ca temerare: sed inique laesum prioremque insidiis appetitum, velle  
a se vim arcere ac depellere, et invitum ad hoc proelium adigi: et  
quia uterque exercitus eandem religionem sectetur, quos non se mutuo,  
sed iunctim impios in Deum barbaros armis lacessere oporteret, et quia  
soror sua cum eo nupta sit, quem proinde amicum sibi, non hostem cupi-  
piat; dummodo oppidum proditione occupatum restituat: sin minus,  
cum cruce, quam antea ab eo missam acceperit, in summo vexilli collo-  
cata, illum invasurum. Michael per legatos in hanc sententiam respon-  
det, Ipsum imperatorem et sororem eius eusdem patris esse liberos:  
decere igitur et iustum esse, quando ipse paternum imperium omne  
teneat, sororem quoque portionem aliquam paternae hereditatis cernere.  
Ad haec imperator, Id se percupere: nec Bucelum tantummodo, sed  
alias urbes insuper ei tamquam paternorum honorum consorti tradere;  
salva tamen ipsa iam vetustate corroborata Romanorum lege, quae  
sic habeat: Ex filiis imperatoris qui aetate antecesserit, imperatorem  
salutanto, et is fratribus imperato, et hi seniori cedunto seduloque

- A. C. 1328 εἰ οὖν ἀρεστόν αὐτῷ κατὰ τὸν ἐπικρατήσαντα τουτοῖσι Ῥωμαίων νόμον, δούλω καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι βασιλέως, καὶ αὐτὸς ἔτοιμος εἶναι ὡς ὑπὸ τὴν οἰκειάν ἀρχὴν τελούντι καὶ πόλεις καὶ χώρας παρασχεῖν. *Μιχαὴλ δὲ ἐπεὶ ἔγγυς ἔστρατοπεδούετο καὶ αὐτὸς, δι' ὀλίγου τὰς ἀποκρίσεις ποιού-5* *μενος, οὐκ ἔφη προσήκειν καὶ αὐτῷ βασιλεῖ ὄντι, ὑφ' ἕτερον βασιλέα τελεῖν ἄλλ' εἰ βούλοιο τὸ Βουκέλου πόλισμα ἀπο-10* *λαβεῖν, τὴν Σωζόπολιν κατὰ τὸν Εὐξείνον Πόντον πολυάν-* *P. 201* *θρωπον οὖσαν καὶ μεγάλην πόλιν ἀν' ἐκείνου δοῦναι. βασι-* *λεὺς δὲ τότε μὲν ἀπεκρίνατο οὐδὲν, ἀλλ' ἐκέλευσε τοὺς πρό-15* *σβεις εἰς τὸ στρατόπεδον ἀναπαύλης τυχεῖν εἰς τὴν ὑπε-* *ρβαίαν δὲ ἅμα ἔω τὴν στρατιὰν ἐκέλευσεν ὀπλισασθαι πᾶσαν.* *καὶ ἦσαν ἐν τοῖς ὄπλοις πάντες, οὐ μόνον αὐτοὶ λαμπρῶς* *καὶ διαπρεπῶς κεκοσμημένοι, ἀλλὰ καὶ ἵπποι, οἱ μὲν θώραξιν* *ἐκ βύρσης πεποιημένοι, οἱ δὲ ἀλυσειδωτοῖς. καὶ ἦν ἰδεῖν οὐ<sup>15</sup>* *μόνον ὄπλων καὶ ἵππων ἕνεκα πολυτελῶς μάλιστα παρασκευα-* *σμένην τὴν Ῥωμαίων στρατιάν, ἀλλὰ καὶ πλήθει, ἐκ πολλοῦ* *τοῦ χρόνου οὕτω ἄχρι καὶ τότε τοσαύτην συνελθοῦσαν εἰς* *Βῆν. ἢ τε γὰρ ἐκ τῆς ἑσπέρας πᾶσα παρῆν καὶ Μακεδόνες καὶ* *Θραῖκες, καὶ ὅσοι ἐκ τῶν κατὰ τὴν ἔω τοῖς Ῥωμαίοις ἕπη-20* *κόων πόλεων ἦσαν καὶ ἐκ Βυζαντίου δὲ αὐτοῦ οὐ μόνον* *ἱππεῖς, ἀλλὰ καὶ πεζοὶ πολλοί, ὀπλῆται τε καὶ τοξόται ψιλοί.* *ἐπεὶ δὲ κατὰ φάλαγγας ὡς ἐς μάχην παρετάξαντο, τοὺς Μν-* *σῶν μεταπεμψάμενος πρέσβεις ὁ βασιλεὺς, τὴν μὲν στρατιάν*

15. Scr. ἀλυσειδωτοῖς.

serviunt. Quamobrem si ei placeat, iuxta hanc fixam et confirmatam legem imperatoris servum et esse et appellari, se vicissim paratum esse, illi velut ex proprio ac debito principatu urbes et regiones addicere. Michael, quia cum copiis haud longe distabat, statim respondit. Cum ipse quoque rex sit, absurdum videri, in alterius regis arbitrio esse. Si Buccellum recipere velit, Sozopolin ad Pontum Euxinum amplam et populosam urbem contra dedat. Imperator tum nihil respondens, legatos in castris corpora cibo somnoque curare iussit. In diem sequentem omnibus suis arma imperat, nec ipsi solum, sed equi etiam splendide ornati instructique: et alii quidem e corio, alii hamatis thoracibus induti apparebant. Erat porro videre Romanum exercitum non tantum qua armis, qua equis instructum sumptuosissimè; sed etiam numero tantum, quantus iam pridem nunquam in unum conveaerat. Occidentalis quippe totus aderat cum Macedonibus et Thracibus: et ex orientis urbibus, quae quidem Romanis subessent, atque etiam e Byzantio equitatus et peditatus multus, gravisque armaturae et sagittarii. Postquam vero per phalanges tamquam ad certamen obeundum fuerunt dispositi, accitis Moeorum



ὁρᾶτε τὴν ἐμὴν" ἔφη „ὡς παρεσκευάσται πρὸς μάχην ἀπελ. A.C. 1328  
 θύοντες δὲ ἀπαγγέλλετε βασιλεῖ τῷ ὑμετέρῳ, ὡς, ἐγὼ μὲν ἀσπα-  
 ζόμενος τὴν εἰρήνην πρότερον πολλακίς διεπρεσβευσάμην πρὸς  
 σε περὶ αὐτῆς σοῦ δὲ οὐδὲν ἐπιεικὲς ἀποκρινομένου, τῇ τοῦ  
 50σαυροῦ δυνάμει θαρσύνων, ὃν αὐτὸς ἐγγυητὴν ἐμοὶ παρέσχον C  
 τοῦ μηδέποτε παρασπονδῆσαι, βαδιοῦμαι ἐπὶ σέ." βασιλεὺς  
 μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπεν. οἱ πρέσβεις δὲ ἢ τάχους εἶχον, πρὸς  
 βασιλέα ἀφιγμένοι τὸν ἑαυτῶν, τοὺς τε λόγους ἀπήγγελλον  
 βασιλέως, καὶ ὡς ἡ στρατιὰ τοσαύτη τε οὔσα καὶ οὕτως ὀπλι-  
 10ισμένη ἐν ὁδῷ εἰσιν ἤδη τῇ πρὸς αὐτούς. Μιχαὴλ δὲ πρότε-  
 ρον μὲν οὐκ ἂν οἰόμενος εἰς χεῖρας αὐτοῖς ἰέναι Ῥωμαίους  
 ὑπομείναι, τότε δὲ ἤδη ὁρῶν αὐτοὺς ὠρμημένους πρὸς τὴν  
 μάχην, τό, τε πλῆθος καὶ τὴν παρασκευὴν πυθόμενος ὅση ἦν,  
 οὐκ ἔγνω δεῖν ἐν πολεμίᾳ εἰς προὔπτον κίνδυνον καθιστᾶν  
 15ἑαυτόν. καὶ πέμπας κάλιν τοὺς πρέσβεις ἢ ἐδύναντο τάχιστα D  
 πρὸς βασιλέα, τό, τε πόλισμα Βουκέλον ἐπηγγέλλετο παραδώ-  
 σειν καὶ εἰρήνην ἄξειν τοῦ λοιποῦ, καὶ ἔδειτο βασιλέως εἰς τὸ  
 οἰκεῖον στρατόπεδον ἀπαγαγεῖν τὴν στρατιάν. βασιλεὺς δὲ  
 20ἔρῶν αὐτοῖς ἐν καλῷ τῷ σχήματι τὴν ἀναχώρησιν γινουμένην  
 καὶ τὴν νίκην ἀναιμωτῶς προσγινομένην, ἄσμενος ἀνεχώρησε  
 πρὸς τὸ στρατόπεδον. τό, τε γὰρ πρότερον μὴ λόγοις καὶ τῇ  
 τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου κρίσει τὸν Μιχαὴλ πεισθῆναι τὸ Βου-  
 κέλου ἀποδοῦναι, ἀλλὰ νῦν καὶ τὸ, ἤδη πρὸς μάχην παραιτε-  
 25ταγμένης τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς, τὴν ἔροδον αὐτῶν οὐχ  
 ὑπομείναι, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς συμβολῆς ἤττησθαι ταῖς γνώ-

legatis imperator, Exercitum meum ut sit ad dimicationem paratus  
 videtis, inquit. Itote ergo regique vestro nuntiate, me iam antea  
 pacis cupidissimum, non semel ad illum super ea legatos misisse;  
 eum nihil aequum ac tolerabile respondisse. Itaque crucis virtute  
 fretum quam sibi velut pignus constantiae suae in foedere servando  
 dederit, adversus illum processurum. Haec imperator. Legati ad  
 regem celerrime reversi, quid imperator dixerit, quomodo ingentes  
 copiae et sic armatae contra ipsum in via sint, retulerunt. Michael,  
 qui antea rebatur Romanos secum decertare haud ausuros, intelligens  
 eos iam non parvo exercitu et magno apparatu ad proelium proce-  
 dere, statuit, non debere in aliena regione praevisto discrimini se-  
 met obiectare. Quapropter denuo missis legatis, idque cum celeri-  
 tate maxima, Bucelum redditurum et de cetero pacem servaturum  
 spondet: rogatque, uti militem in castra reducat. Imperator animad-  
 vertens hunc receptum sibi fore honorificum, cum incruenta victo-  
 ria libens castra repetit. Nam nuper nec verba, nec aequi boni-  
 que sensus ut Bucelum restitueret, ei persuadere potuissent, quod  
 nunc restitueret, quodque Romani exercitus per ordines ad pu-

A. C. 1328 *μαις* και *δείσαντας* ἀπαγορεύσαι τὴν μάχην, τὸ Ῥωμαίων ἤτιτῆσθαι φανερώς ὁμολογούντων ἦν. και διὰ τοῦτο και βασιλεῖ ἐδόκει χρῆσθαι τῷ καιρῷ και μὴ πέρα τοῦ πρόσῃκοντος φιλο-  
P. 202 *νεικεῖν*. ἐν γὰρ τοῖς προτέροις χρόνοις, Ἀνδρονίκου τοῦ πρε-  
V. 163 *σβυτέρου βασιλέως ἄρχοντος*, πολλὰς ἐς τὴν Ῥωμαίων ἐσβολὰς 5  
τῶν Μουσῶν ποιησαμένων, ἐπεὶ οὐδεὶς αὐτοῖς ἀντεπεξῆλθεν,  
ἀλλὰ πρῆσβείαις και λόγοις πιθανοῖς διελύετο τὰς πρὸς αὐτοὺς  
διαφορὰς ὁ βασιλεὺς, ᾤοντο ὡς τισιν ἀμάχοις μηδὲ προσβλέ-  
πειν εἶ δυνήσεσθαι τοὺς Ῥωμαίων βασιλέας. τότε δὲ ὁ Μι-  
χαῖλ ὄρων ἤδη βασιλεῖα ἐπιόντα πολλῇ τε και ἀγαθῇ τῇ στρα- 10  
τιᾷ, οὐ τὰς αὐτὰς εἶχε γνώμας, ἀλλ' ἐδόκει δεῖν ὑποχωρεῖν.  
τοιούτου γὰρ τὸ βαρβαρικὸν ἄπαν, τοῖς τε οὐχ ὑπομένοσιν ἐπε-  
λαῦνον ἄκρατῶς και μετὰ πολλῆς ἐπικείμενον ὀρμῆς, και τοῖς  
Μη ἐκπληττομένοις, ἀλλὰ μένουσιν ἐν τῷ πολεμῆν, οὐκ αὐτοὶ  
ἀντεπιόντες. ἡ μέντοι στρατιὰ Ῥωμαίων μονοουχὶ τὰ ἀπὸ 15  
τῶν πολεμίων σκῦλα οἰόμενοι ἀποστερεῖσθαι, ἠνιῶντο, ὅτι μὴ  
συνέβαλον Μυσοῖς· τὸσαύτη προθυμία κατέσχε πάντας πρὸς  
τὴν μάχην. ὁμοῦς τῶν περὶ τῆς εἰρήνης συνθηκῶν γεγενημέ-  
ρων, τό, τε Βουκέλου ἀπέδωκεν ὁ Μιχαῖλ πρὸς βασιλέα, και  
ἐφιλοποι εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐνωθέντες, τὴν τε φιλίαν ἀνενω- 20  
σαντο, και Ῥωμαίοις και Μυσοῖς οὐκέτι πόλεμος ἐκινήθη,  
ἀλλ' εἰρήνην ἤγον τοῦ λοιποῦ. συνθέμενοι δὲ ἀλλήλοισ ὡς εἰς  
τοῦπιὸν ἐν ταυτῇ γενήσονται ὅποι ἂν δοκῆ, ὁ μὲν εἰς Μυσίαν,

1. *δείσαντα* male coni. ED. P.

gnam distributi accessum non tulisset, sed ante conflictum animo victus et timore percussus pugnam recusasset, confessio manifesta erat, Romanos superiores esse. Quare et imperator occasione utendum, nec ultra quam fas contendendum iudicavit. Etenim ante id tempus, Andronico seniore imperante, cum in Romanorum provinciam saepius impressionem fecissent, nemoque illis occurrisset: sed legationibus et sermonibus dumtaxat fuisset diremptae controversiae, opinabantur, Romanos imperatores eorum, ut bello inausperabilem, ne aspectum quidem laturos esse. Tum vero magno atque strenuo exercitu tendentem in se imperatorem cernens Michael, aliter sensit et pedem omnino referendum duxit. Tale nimirum univere barbarorum ingenium est, effrenato impetu instare cedentibus: intrepidus et in acie stantes aggredi non audere. Romani milites quod concurrere et hostium spolia, quae tantum non de manibus sibi crepta putabant, legere non licuisset, tristabantur; tanta dimicandi cupido omnes ceperat. Tamen pace constituta et foedere novo confirmata, Michael Bucelum reddidit; et die sequenti in equis convenientes, amicitiam renovarunt; nec deinde inter Romanos et Moesos bellum, sed perpetua pax fuit. Cumque pepigissent, in po-

βασιλεὺς δὲ εἰς Βυζάντιον ἐπανῆκον, καὶ ἡ στρατιὰ διελύθη- A. C. 1328  
σαν κατὰ πόλεις. C

δ'. Τοῦ Συργιάννη δὲ ὑπὸ τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως  
Ἀνδρονίκου, καθάπερ ἔφθηνεν εἰπόντες, ἐν δεσμοτηρίῳ φρου-  
ρουμένου ὑπὸ κλοιοῖς, ἐπεὶ ὁ νέος βασιλεὺς Βυζάντιον ἐλὼν D  
τῆς ἀπάσης ἀρχῆς ἤδη ἐγκρατῆς ἦν, ὁ μέγας δομέστικος Συρ-  
γιάννη μνησθεὶς καὶ πρὸς αὐτὸν εἰς τὸ δεσμοτήριον ἐλθὼν,  
ἐπεὶ τὴν τε ἄλλην ἀπὸ τοῦ δεσμοτηρίου κακοπάθειαν καὶ  
μάλιστα τὴν ἀπὸ τῶν κλοιῶν πιέζουσαν αὐτὸν ἐώρα, βασιλέως  
10 ἐοδεδῆθη πρῶτα μὲν ἀφεθῆναι τῶν κλοιῶν ἔπειτα δὲ καὶ ἀπὸ  
τοῦ δεσμοτηρίου, ἐν ᾧ ἔφρουρεῖτο, εἰς τὸν τοῦ Ἀνεμᾶ κα-  
λούμενον πύργον γυναικὶ καὶ τέκνοις συνδιαγεῖν καὶ κατεπρά-  
ξατο αἰτήσας. ἔτι μέντοι ἐφρουρεῖτο κατὰ δὲ τὴν ἐκ Θρά-  
κης πρὸς Βυζάντιον ἐπάνοδον αὐτῶν αὔθις βασιλέως ὁ μέγας  
15 δομέστικος ἐδεῖτο, τελέως τῆς εἰρκτῆς ἀπολυθῆναι Συργιάν-  
νην. μικρὸν δὲ ἐπισχῶν ὁ βασιλεὺς, λελυπησθαι ἔλεγε καὶ P. 203  
πάνυ παρ' αὐτοῦ νυνί, καὶ τὰς αἰτίας προσετίθει, ἀνα-  
ξίας φάσκων τῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας τὰς διανοίας ἔχειν αὐτόν.  
τοσοῦτον γὰρ αὐτῷ περιεῖναι τῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας, ὥστ'  
20 εὖ καθ' ἡντιναοῦν αἰτίαν οἰκείους ἔδοξεν αὐτῷ καὶ φίλους καὶ  
περιοισίαν πᾶσαν, αὐτὰ τε τὰ τιμιώτατα καὶ τὰ φίλτατα  
καταλιπόντα, ἐπὶ ξένης οἰκῆν ἐλέσθαι, αὐτὸν μὲν πείθειν  
ἀποσχέσθαι τοῦ πράγματος ἐπιχειρεῖν, τὴν ἀτοπίαν ὅση ἐκ-  
διδάσκοντα· εἰ δὲ μὴ δύναίτο κωλύειν, μὴ ῥᾶστα τὴν διάξυ-

sterum conventuros, quo loco complacisset, ille in Moesiam, impe-  
rator Byzantium iter arripuit, et miles oppidatim diffluit.

4. Syrgiannes, ut supra docuimus, a seniore Andronico in vin-  
cula compactus fuit. At postquam iunior Byzantio potitus, totum  
imperium obtinuit, magnus domesticus eius viri recordatus et ad  
eum in carcerem ingressus, ubi loci paedorem squaloremque et bo-  
iarum inprimis cervici eius inductarum pondus aspexit, imperato-  
rem oravit, primum quidem ut iis levaretur: deinde ut etiam ex  
ipso quo tenebatur carcere in arcem, Anemae vocatam, cum uxore  
liberisque victurus dimitteretur. Et valuerunt preces. Nihilominus  
adhuc custodiebatur. In reditu autem e Thracia Byzantium iterum  
imperatorem rogavit, ut Syrgiannes e custodia prorsus ac perfecte  
eximeretur. Imperator se colligens, modo ab illo summa se affe-  
ctam molestia dixit causamque adiunxit: quod nempe suo erga  
ipsam amore domesticus indigna cogitaret. Adeo quippe excellenter  
se illum amare, ut si is quacunque tandem de causa propinquis,  
amicis, omnibus fortunis, pretiosissimis atque carissimis quibusque  
relictis, in peregrino solo potius degere vellet, conaturus esset ut  
rem illaudabilem dissuadere; si id nequiret, disiunctionem corporum

A.C. 1328 *Ξεν ἄν ὑπενεγκεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐκ τοῦ ὁμοίου πᾶσιν εἰ-*  
 V. 164 *πάντα χαίρειν, τὸ σὺν αὐτῷ πλανᾶσθαι μᾶλλον ἐλθεῖν. ἔτι*  
 B δὲ *εἰ ἀφρεσις αὐτῷ προυτέθη παρὰ τοῦ τὰ τοιαῦτα πάντα*  
*δυναμένον ὥστε τὸν ἕτερον αὐτῶν ἀπαλλάττεσθαι τοῦ ζῆν,*  
*ἀπίσταις ἄν εἴλετο τὸ πρὸ αὐτοῦ ἀποθανεῖν. ἀλλὰ μὴν εἶγε5*  
*καὶ οἰκείοις ὄμμασιν ἑώρα ξίφος ἔχοντα αὐτῷ ὡς ἀποκτε-*  
*νοῦντα ἐπιέναι, εἶθ' ὑπ' ἄλλης τινὸς αἰτίας καὶ πάνυ μὴ*  
*βουλόμενον συμβέβηκε κεκωλύσθαι, μηδ' οὕτω δυνηθῆναι ἄν*  
*ποτε ἀπεχθῶς διακείσεσθαι αὐτῷ. καὶ ὅλως μηδὲν εἶναι ὃ*  
*καθ' ἡδονὴν ὄν αὐτῷ πραχθῆναι, μὴ αὐτὸν σὺν πάσῃ προ-10*  
*θυμίᾳ παρυσχεῖν, ὡς ἅττα ἄν αὐτῷ ἀρέσκη, καὶ αὐτῷ ἡδέων*  
*φαινομένων. τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, ὥσπερ καὶ αὐτὸν*  
*σαφῶς οἶσεσθαι πεπελοῦσθαι, θαυμάζειν ὅτι μὴ, κατὰ γνώμην ὄν*  
 C *αὐτῷ Συργιάννην ἀπολυθῆναι τῆς εἰρκτῆς, ἐλευθέρως καὶ ἀπε-*  
*ριέργως εἶπεν εἰς ἀρχῆς, ἀλλ' ὥσπερ τινὰς τιθέμενον ἀναβα-15*  
*σμούς, πρῶτα μὲν εἶπεῖν, τῶν κλοιῶν αὐτὸν ἀνεθῆναι, ἐκ'*  
*ἐκ τοῦ δεσμοτηρίου πρὸς ἕτερον ἐπιεικέστερον μετρεχθῆναι,*  
*ὥστε δύνασθαι αὐτῷ καὶ τὰ τέκνα συνεῖναι καὶ τὴν γυναῖκα,*  
*τὴν δὲ παντάπασιν ἀπολυθῆναι τῆς εἰρκτῆς. „δέον γὰρ μετὰ*  
*τῆς σοι προσηκούσης παρῴρησίας εὐθύς εἰς ἀρχῆς τὸ βούλημα20*  
*ποιῆσαι φανερόν, καὶ μὴ διατεμόντα εἰς πολλὰ κατὰ μέρος*  
*ποιεῖσθαι τὰς αἰτήσεις· σὺ δ' ὥσπερ ἡ ἐμοῦ πολλὴν μικρολο-*  
*γίαν καὶ ἀφιλοτιμίαν κατεγνώκως περὶ τοὺς φίλους, ἡ σαυ-*

2. *ἔτι δὲ scripsi pro ἔτι τι, ED. P. προσέτι εἰ aut ἔτι καὶ εἰ.*

non ferentem, similiter omnia valere iussurum et cum eo potius incertis sedibus vagaturum. Insuper si optionem daret is, qui haec absolute potest, ut alter pro altero moreretur, se pro illo huius lucis usura libentissime cariturum. Quiuimmo, si stricto ense occidendi causa in se euntem videret, ac deinde impedimento aliquo licet maxime repugnans prohiberetur, ne sic quidem posse unquam sibi odiosum fieri. Denique quidquid carum et iucundum sibi praestari velit, id se quam cupidissime praestiturum. Nam quae eius animo placeant, eadem et sibi suavia atque amoena videri. Quae cum ita sint, quemadmodum et ipsemet certo sciat, mirari se, cum Syrgiannem custodia liberatum desideraret, quomodo id non a principio ingenue simpliciterque aperuerit: sed gradatim ascenderit ac primum collarium detrahi petiverit: dein hominem in carcerem tolerabiliorum transferri, ubi nati et coniux cum eo degere queant: nunc autem omnino e carcere dimitti. Par fuisse pro ea qua apud se gratia auctoritateque valeat, statim a principio voluntatem suam declarare liberrime: nec ea divisa in partes, sic pro reo precari. Eum autem perinde verba fecisse, ac si vel in amicos sordidum et honoris eorum negligentem ipsum iudicaret; vel se parum posse sentiret: At-

τῷ ἀδυναμίαν συνειδώς, οὕτως ἐποιήσω τοὺς λόγους. οὗ δὲ Ἀ. C. 1328  
 ἔνεκα καὶ ἀχθεσθῆναι εἶπον. νυνὶ δ' ἐπεὶ σοὶ φίλον ἀπολυθῆ- D  
 ναι Συργιάνην, τὸ κωλύον οὐδέν. ἄττα γὰρ ἂν αὐτῷ σοὶ  
 καὶ βέλτεστα δοκῆ καὶ ἡδέα, οὐκ ἔσθ' ὅπως μὴ ἐκ τοῦ ἴσον  
 5 ὅμοια καμοὶ δοκεῖν." Ὁ μέγας δὲ δομέστικος „ἀληθῆ γὰρ εἴ-  
 ρηκας" εἶπεν „ὦ βασιλεῦ, οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὐδέν,  
 ὃ θελήσαντος ἐμοῦ πραχθῆναι, ἐναντίαν οἴσεις ψῆφον αὐ-  
 τός. καὶ τοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν πρὸς ἐμὲ εἰρημέτων νυνὶ λόγων,  
 ἀλλὰ πολὺ πρότερον ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων ἐμοὶ τε πρῶτον  
 10 καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἔστι καταφανές. ὅτι δὲ τὸν ἴσον τρό-  
 πον ἔχω καὶ αὐτὸς πρὸς σέ, οὐδ' ἀποδείξεως δεήσεσθαι δοκῶ  
 αὐτὸς γὰρ μοι φθίαςας πρότερον συνεμαρτύρησας καλῶς. ἐγὼ P. 204  
 δὲ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν φιλίαν παραβάλλον, τῷ μὲν  
 ὄγκῳ τῆς ἀρχῆς καὶ τῷ μεγέθει ἔλασσοῦσθαι νομίζω καὶ  
 15 ἤπαρὰ πολὺ τοῖς λοιποῖς δὲ ἅπασι λείπεσθαι οὐδ' ὅπως οὖν.  
 οὐ μόνον γὰρ ἂ προείρηκας αὐτὸς, ἀλλ' εἴ τι καὶ τούτων μετ-  
 ζον, καὶ ποιεῖν καὶ ὑπομένειν ὑπὲρ τῆς πρὸς σέ φιλίας ἔτοι-  
 μος εἶναι. καίτοι γὰρ κατ' ἐμαντὸν πολλάκις τοὺς παρὰ ποιη-  
 ταῖς καὶ συγγραφεῦσι παρὰ πάντα τὸν χρόνον ἐπὶ φιλίᾳ  
 20 ὁμινομένους ἐξετάζων, καὶ παραβάλλον τοῖς ἡμέτεροις τὰ ἐκεί-  
 νων, καίτοι γὰρ δοκούντων τῇ φιλοτιμίᾳ τῶν ποιητῶν καὶ πέρα  
 τοῦ ἀληθοῦς καὶ προσήκοντος ἠδῆσθαι, ὅμως κατ' οὐδέν B  
 ἀποδέοντα, εἰ μὴ καὶ μεῖζον τὰ ἡμέτερα εὐρίσκω. εἰ δὲ ποτε  
 συμβαίῃ τοιούτοις λογισμοῖς περιπεσεῖν, ὥστε ἀμφιβάλλειν εἴ

que hoc esse, quod sibi molestum accidere testatus sit. Nunc quoniam optet, Syrgiannem e carcere educi, educeretur: quaecunque enim ipse in bonis et iucundis numeraret, fieri non posse, quia ab se quoque numerarentur. Tum magnus domesticus: Vera sunt haec, imperator; nihil enim est, nihil, inquam, est, quod si fieri velim, tu non concedas; idque non ex hac oratione tua, sed ex factis ipsis mihi inprimis, deinde aliis omnibus pridem constat. Me autem eodem esse in te animo, pluribus demonstrandum non opinor; tu enim alias mihi praeclarum huius rei testimonium impertivisti. Ego vero cum mutuum amorem nostrum comparo, magnitudine et maiestate imperii multum superari, ceteris rebus ne tantillum quidem abs te vinci me existimo. Neque enim ea solum quae commemorasti, sed si quid iis maius excogitari potest, pro eo quantum te diligo, et facere et perpeti en paratum habeo. Et quamvis saepenumero per me ipse consideravi atque cum nostra coniunctione contuli, quos in omni memoria a poetis et historicis ab amicitia celebratos invenio, (etsi poetae ambitiosius supraque verum et plus quam decet rem exaggerasse videantur,) nihilo minus caritatem nostram si non maiorem, certe haud minorem illorum caritate invenio. Quod si aliquando in eam cogitationem ve-

- A. C. 1328 τις ἔστιν ἰδέα φιλίας ἢ τρόπος ἕτερος, ὃν ἡμεῖς οὐκ ἐπεδειξάμεθα ἀλλήλοις, ἢ εἰ μὴ πρὸς τὸ ἀκρότατον ἀφίγημα αὐτῆς, ἢ ἀποπνίγεσθαι ἀνάγκη καὶ πνευστιῶν ὑπὸ τῆς ἀγωνίας καὶ μηδὲ ζῆν ἐθέλειν, εἰ περὶ τὸ οὕτω καλὸν δευτέρος τινος φαινοίμην, ἢ ἀποπηδᾶν τῶν τοιούτων λογισμῶν καὶ τὴν ψυχὴν πείθειν<sup>5</sup> ἰσχυροτέrais ἢ, ὃ φασιν, ἀνάγκαις γεωμετρικαῖς, ὡς οὕτε ἔστιν,
- V. 165 οὕτε γεγένηται τις ἰδέα φιλίας, ἣν οὐ πρὸς ἀλλήλους αὐτοὶ ἐπε-  
C δεῖξάμεθα καὶ μεθ' ὑπερβολῆς. καὶ τοῦτο συνιδόντα καὶ τὴν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ἐννοῶ τοῖς ἀνθρώποις παραγγέλλειν, τὴν ἴσῃν ὡσπερ πρὸς τοὺς φίλους, οὕτω δὴ καὶ πρὸς τὸν θεόν<sup>10</sup> ἐνδείκνυσθαι ἀγάπην. εἰ γὰρ ὡσπερ αὐτὸς ἐξήρηται τῆς σῆς γνώμης καὶ πάντα δεύτερα ἤγηται τῆς θεραπείας τῆς σῆς, οὕτω διεκέλιμην καὶ πρὸς τὸν θεόν, ποῦ οὐκ ἂν προῆλθον ἀρετῆς, ἢ ποῖαν οὐκ ἂν εἰσηνεγκα σπουδὴν καὶ προθυμίαν ὑπὲρ τοῦ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ σὺν πάσῃ προθυμίᾳ ἐκπληροῦν; εἰ δὲ σὺ μὲν,<sup>15</sup>
- D ὡσπερ εἶρηκας, πάντα δεύτερα τῆς πρὸς ἐμὲ ἡγῆ φιλίας, ἐγώ τε τοῦ παντὸς τιμῶμαι τὰ σοὶ φίλα καὶ λογίζεσθαι καὶ πράττειν, πῶς ἂν ἔχοι χῶραν, ἃ ἐνόμιζον ἀνίαν, ταῦτ' ἐξέπιτηδες λογίζεσθαι ποιεῖν; ὃν δὲ τρόπον ἔσχε τὰ περὶ Συργιάννην, αὐτὸς ἐρῶ. τὰς μὲν αἰτίας ἐφ' αἷς ἄλους κατεκρίθη δε-<sup>20</sup> σμωτήριον οἰκεῖν ὑπὸ βασιλείᾳ τοῦ πάππου τοῦ σοῦ, οἴσθα καὶ αὐτὸς. ἐγὼ δὲ μετὰ τὸ Βυζάντιον ἡμᾶς ποιήσασθαι ὑφ'  
g. ἐν νοφ̄ legebatur.

nirem, ut dubitarem, ecquid esset alia quaedam species aliussve modus in amicitia, quem inter nos non usurpassemus, an ad summum eius fastigium pervenissemus: aut aegre spirare ac paene suffocari me prae angore animi vitamque acerbam putare me oporteret, si in re tam honesta tamque liberali alicui secundus inveniret: aut resilire ab huiusmodi cogitatis et animum firmioribus, quam, quod dicunt, geometricis demonstrationibus convincere, non esse, non fore ullam amicitiae formam perfectionemque, quam inter nos non expresserimus ita, ut accedere nihil possit. Hoc et Ioannes evangelista videns, uti opinor, hominibus praecepit, talem erga Deum caritatem ostendere, qualem erga amicos. Si enim ego quemadmodum a tua voluntate totus pendeo, omniaque prae tuo cultu et observantia parvi pendo, sic erga Deum afficerer, quo non virtutis processissem aut quod studium, quam cupiditatem ad mandata eius hilarissime obeunda non adhibuissem? Si porro tu, sicut dixisti, omnia amoris nostro postponis, et vicissim in amore tui mihi sunt omnia, ut quae tu vis, ea et cogitem et agam, qui potui, quae molestiam tibi paritura crederem, ea de industria facere? Iam quis hilarissime Syrgianis fuerit, edicam. Quorum criminum compertus, ab avo tuo carcere damnatus sit, tu quoque nosti. Atqui ego, subacto a nobis Byzantio, vehementer durum et a commiseratione alicum censi,

ἑαυτοῖς, ἀσυμπαθῆς ἔκρινα καὶ δεινῶς ἄγνωμον, εἰ μὴ τινι A.C.1328  
 ἄλλῳ, τῇ πρὸς αὐτὸν γούν ἐπιδημία τὴν συμφορὰν εἰς ὕσον  
 οἶόν τε ἐπικουφίσει καὶ παραμυθίαν παρασχεῖν τινα, μὴ  
 παντελῶς ἀπερβρίφθαι ἐλπίσαντα παρὰ τῶν φίλων. γενό-  
 5 μενος δὲ ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ πρὸς αὐτὸν, καὶ τὴν τε ἄλ- P.205  
 λην κίκωσιν τὴν ἀπὸ τοῦ δεσμοτηρίου καὶ μάλιστα τὴν ἀπὸ  
 τῶν κλοιῶν ἑωρακῶς, δεινῶς τε ἤλγησα ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ πα-  
 ραμυθίαν τινα εἰ οἶόν τε αὐτῷ προὔθυμήθην ἐξευρεῖν. καί  
 σοι προσελθὼν, περὶ τῶν κλοιῶν ἐδεόμην μόνων, ἀρκοῦσαν  
 10 ἡγούμενος εἶναι ὡς ἐν δεινοῖς παραμυθίαν. ἐπεὶ δὲ ἐγενόμην  
 ἐν συνηθείᾳ καὶ συχνῶς ἐφοίτων πρὸς αὐτὸν, ἐκεῖνος μὲν οὐδ'  
 οὐτω πρὸς ἐμὲ ἐμνήσθη τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆς, οὐ μόνον τὴν  
 σὴν περὶ τὸ συγγινώσκειν τοῖς προσκεκρονκόσι φιλοτιμίαν οὐκ  
 εἰδῶς, ἀλλὰ καὶ ἑαυτῷ τὰ δεινότερα συνειδῶς καὶ διὰ τοῦτο B  
 15 τὴν παραίτησιν ἀπαγορεύων. ἐγὼ δ' ἔτι μᾶλλον ἐκ τῆς συ-  
 ηθείας ἐπικαμπτόμενος πρὸς τὴν αὐτοῦ κακοπραγίαν, φήθην  
 δεῖν ἀπὸ τε τοῦ δεσμοτηρίου εἰς ἕτερον ἐπιεικέστερον μετα-  
 γαγεῖν καὶ τὴν τῆς μητρὸς καὶ γυναικὸς καὶ τῶν φιλότατων  
 συνδιαγωγῆν αὐτῷ ἐφεῖναι, νομίζων οὕτως ἂν ἡμῖν τε εἶναι  
 20 ἀσφάλειαν τοῦ μὴ τι ἐπιβουλεύεσθαι παρ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν  
 οὐδὲν ἤττον ἢ εἰ παντάπασιν τοῦ δεσμεῖσθαι ἀπολέλυτο, ἡδέως  
 βιώσεσθαι καὶ ἀνειμένως. τοῦτο μὲν οὐν αἰτήσας παρὰ σοῦ,  
 ἐπράξα αὐτῷ· ἡ δὲ μήτηρ μὲν αὐτοῦ, θεία δὲ ἐμῆ, ὕπερ  
 οὐδ' ἂν ποτε ἤλπισεν ὁρῶσα γεγενημένον, καὶ ταῦτα ἄπ' οὐ-

non aditu saltem et colloctione eius aerumnam aliquantum allevare  
 et consolatione aliqua miserum declinare, si aliud non liceret; spe-  
 rantem ita, se non penitus contemptum ab amicis et abiectum.  
 Cum venissem autem in carcerem vidissemque quantopere cum ipso  
 loco perquam horrido, tum vinculis collo iniectis affligeretur, eius  
 vicem etiam atque dolui et solatium ei, si quod possem, im-  
 pertire studui: teque adiens, de vinculis tantum detrahendis oravi:  
 quod in his malis hoc levamentum sufficere arbitrabar. Ubi crebri-  
 us ad eum ventitans, familiarius agere coepi, ille ne sic quidem  
 liberationis mentionem apud me intulit; non solum tuae ad inimicis  
 ignoscendum incitatae voluntatis nescius, sed etiam sibi nefandorum  
 facinorum conscius, ob quae effectum deprecationis desperabat. At  
 ego ex illa consuetudine magis sortem hominis miseratus, in carce-  
 rem mitiorem transferendum, matris, uxoris carissimorumque libe-  
 rorum convictum ei permittendum existimavi: ratus, nos etiam sic  
 ab eius insidiis tutos fore ipsumque perinde ac si custodia omni li-  
 ber esset, vitam placidam et iucundam victurum. Hoc igitur illi  
 precibus apud te meis impetravi. Hic mater eius eademque conso-  
 brina mea factum videns, quod nunquam speravisset, idque per me

- A.C. 1328 δενός ἐμοῦ παρακεκλημένον, εὐέλπιδος καὶ πρὸς τὰ λείποντα γε-  
 C γεννημένη, προσῆλθέ τε καὶ ἐδεήθη περὶ τῆς τοῦ υἱοῦ ἐλευ-  
 θερίας. ἐγὼ δὲ ὅτι τε συγγενής ἐστιν ἐμὸς ἐνθυμηθεὶς καὶ  
 τὴν ἀρχαίαν φιλίαν καὶ τὴν ἐν ταῖς στρατείαις συνδιατριβὴν,  
 (ὕψ' ἐνὶ γὰρ καθηγεμόνι τῷ ἡμετέρῳ θεῖῳ Ἀγγέλῳ τῷ μεγάλῳ<sup>5</sup>  
 στρατοπεδάρχῃ τὰ πολέμια ἐδιδασκόμεθαι, ὃς οὐ μόνον τοὺς  
 νῦν ἐν ταῖς στρατηγίαις παρήλασε πολλῶ τῷ μέτρῳ, ἀλλὰ καὶ  
 τοὺς πάλαι ὑμνομένους ἐν ταῖς συγγραφαῖς Ῥωμαίων στρα-  
 τηγῶς ἤρισεν ἂν περὶ πρωτείων,) καὶ ὡς ἐν ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ  
 D πολέμοις πρώτοις (Πέρσαι δὲ ἦσαν) συνήλθμεν εἰς χεῖρας· 10  
 τὸ δὲ με πάντων μάλιστα πείσαν, ὅτι εἰ τοσαῦτα ὅσα σύνουδεν  
 V. 166 αὐτῷ προσκεκροκότι συγγνώμην παράσχοις αὐτὸς, πάσης αἰ-  
 τίας ἀπολύσας, μεταβαλεῖν ἂν ἐνόμισα καὶ αὐτὸν, ἐκ τῶν  
 πραγμάτων αὐτῶν διδαχθέντα περὶ οἷον ἠγνωνόμενοι, καὶ τοῦ  
 λοιποῦ μενεῖν εὖνον καὶ φίλον πιστόν· ὡς ἐντεῦθεν δύο τὰ<sup>15</sup>  
 μέγιστα ἐξεργασάσθαι, σοὶ τε φιλανθρωπίας καὶ ἡμερότητος  
 παρασχόντα ἀφορμὴν καὶ προσέτι χρήσιμον ἐν πολλοῖς ἄνδρα  
 προσαγαγόντα, ὃς δι' οἰκείαν ἀγνωμοσύνην ἀπολώλει, καὶ αὐ-  
 τῷ μεγίστων ἀγαθῶν αἰτιώτατον ὀφθέντα, ἐπειθόμην τε αὐτοῖς  
 δεομένοις, καὶ σοὶ προσελθὼν περὶ τῆς παντελοῦς αὐτοῦ ἐλευ-  
 20 θερίας διειλέχθην. ἐπεὶ ἄλλως γε εἰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς μοχθηρίας  
 καὶ τοῦ λοιποῦ αὐτὸν ὑπενόουν μενεῖν, οὐχ ὅτι γε αὐτὸς, ἀλ-  
 λά καὶ ἑτέρου πράττοντος ἐκώλυσα ἂν τὴν ἐλευθερίαν. τοῖς

13. νομίσαν legebatur; ED. P. conī. νομίσαντα.

sollicitatum a nemine, magna spe in futurum quoque subnixā, de reliqua libertate filio impetranda mecum egit. Ego meum consobrinum esse cogitans, veterisque amicitiae et commilitii memor, (sub uno enim magistro avunculo nostro Angelo magno stratopedarcha militiae rudimenta posuimus, qui non modo huius aetatis ductores longo intervallo superavit, sed etiam cum priscis Romanorum ducibus, quos historiarum monumenta loquuntur, de palma contenderit,) et in memoriam regrediens quo pacto eodem die primum cum hostibus (erant autem Persae) pedem contulerimus; quodque me praecipue movebat, confidens, si tam multa, quorum sibi in te commissorum esset conscius, ignosceres et omni crimine absolveres, ipsum quoque mores mutaturum, re ipsa doctum videlicet, in qualem virum adeo peccavisset, ac de cetero in fide et benevolentia mansurum, ut hinc duo quaedam eximia conficerem; et tibi nimirum humanitatis ac mansuetudinis exercendae occasionem darem praetereaque virum ad multa idoneum conciliarem, quem scelus suum perdidit; et ipsi maximorum bonorum summus auctor fierem: illius rogatu, matris inquam, de eius plena liberatione te allocutus sum. Alioqui si in eadem pravitate perseveraturum suspicatus fuisset, non modo non ipse libertatem ei petivisset, sed quovis alio petente ne libe-



γὰρ εὐνοοῦσί σοι φίλος εἶναι οὐ μᾶλλον προήρημαι ἔξ ἀρχῆς A.C. 1328 ἢ πολέμιος τοῖς ἐπιβουλεύουσι." Τοιαῦτα μὲν πρὸς ἀλλήλους διεiléχθησαν αὐτοί· ἐπεὶ δὲ ἐκεκύρωτο τὸν Συργιάννην τοῦ δεσμοτηρίου ἀφεθῆναι, ἢ τοῦ βασιλέως μῆτηρ βασιλῆς ἢ Ξένη 5 Πυθομένη, ὅτι βασιλεῖ τοιαῦτα ἔδοξε περὶ αὐτοῦ, ἐδυσχέραίνε τε οὐκέτι ἀνεκτῶς καὶ τὸν μέγαν δομέστικον εἶχεν ἐν αἰτίαις, οὐ μόνον ὅτι πολεμῶ ὄντι βασιλέως καὶ διὰ τοῦτο δικαίῳ ὄντι δεσμοῖς ἀφύκτοις διὰ βίον ἔχεσθαι παντὸς αὐτὸς συνέειπε B πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' ὅτι μῆτε πρότερον αὐτῇ μηδὲν μῆτε 10 προοίπε, μῆτε ἐβουλεύσατο περὶ αὐτοῦ. ὁ μέγας δὲ δομέστικος αἰτίας ἀπολύων ἑαυτὸν, ἀγνοεῖν τε ἔφρασκεν ὅτι μὴ εἴη κατὰ γνώμην τὰ πραττόμενα αὐτῇ, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν περὶ τούτου πρότερον αὐτῇ διαλέχθηται. ὅμως ἐπεὶ ἔδοξεν, ἀπελύετο τε τῶν δεσμῶν ὁ Συργιάννης καὶ εὐμενείας ἀπέλαυε καὶ εὐ- 15 ποιίας τῆς παρὰ βασιλέως.

C  
 4. Ὑπὸ δὲ τούτους χρόνους καὶ ἔξ Ἀλαμανῶν ἀφίκετο πρὸς βασιλεῦα τὸν πρεσβύτερον πρεσβεία χρήματα αἰτούντες, λέγοντες, κατὰ παλαιὰν συμμαχίαν καὶ φιλίαν τῆς σφετέρως τε καὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, ὅταν του δέονται, προσ- 20 ῥήκειν ἑκατέροις κομίζεσθαι παρ' ἀλλήλων. Γεμπλίνοι γὰρ πᾶσι φιλίαν εἶναι πρὸς τοὺς Ῥωμαίων βασιλέας, καὶ σπουδάζεσθαι αὐτοῖς ὅσα ἀφ' ἐλπίαν τε καὶ τιμὴν Ῥωμαίοις περιποιεῖ D νυνὶ δὲ χρημάτων δεομένους, ἀναγκαίως πρὸς βασιλεῦα ῥήκειν,

20. Gēplini: nil aliud quam Geblini sive Gibelini sunt. Ceterum senior Andronicus subsidia Gibelinis misit contra pontificios, ut ex Ioanne Villani Florentino lib. 9. patet. ED.P.

raretur, impedivissem. Haud enim magis tibi benecupientes amare, quam insidiantes odisse ab initio fixum certumque habui. Haec illi inter se sermocinabantur. At Xena imperatoris mater, filium Syrgiannis dimissionem decrevisse audiens, id passa est aegerrime, accusabatque magnum domesticum, non solum quod hosti imperatoris et idcirco sempiternis vinculis iure constringendo ipse ad libertatem patrocinaretur: sed quod se rem celasset penitus, neque super illo se consulisset. Domesticus culpam ab se removens, nescisse respondit, id eam nolle: ideo nihil prius cum ea communicasse. Ceterum Syrgiannes carcere pro decreto solutus imperatorisque humanitatem ac beneficentiam expertus est.

5. Sub idem tempus ex Alemania ad seniore[m] imperatorem legati veniunt, pecuniam petentes, quod ex veteri societate et amicitia, quae ipsi cum Romanis intercederet, consentaneum videtur, alteros ab alteris, si quo egerent, adiuvari. Geblinis enim omnibus cum Romanis imperatoribus hospitium esse; qui studiose curarent quaecunque Romanis emolumentum ac decus afferrent. Nunc pecuniae egentes, ad imperatorem compulsos confugere, suae inopiae

A.C. 1328 *Θαυροῦντας ὡς λήφονται ὄτου ἂν δέωνται. ἐπεὶ δὲ Ἀνδρόνικον τὸν πρεσβύτερον βασιλέα εἶρον τῆς ἀρχῆς ἐκβεβλημένον, πρὸς τὸν νέον ἐποιοῦντο τὴν πρεσβείαν. βασιλεὺς δ' ἐπεὶ ἐπέθετο περὶ ὧν ἤκοιεν, ἐπέτρεπε τῷ μεγάλῃ δομεστικῷ πρὸς αὐτοὺς ποιήσασθαι ἀπολογίαὶν ἧ ἂν δόξειε μάλιστα τὸ εὐλογονῆσαι ἔχειν. ὁ δὲ μετακαλεσάμενος τοὺς πρέσβεις, βασιλέα τε ἔφασκεν ἀκηκοέναι περὶ ὧν ἤκουσι πρεσβεύοντες καὶ αὐτὸν, καὶ τὴν μὲν παλαιὰν συμμαχίαν καὶ φιλίαν αὐτῶν πρὸς τοὺς Ῥωμαίων βασιλέας καὶ αὐτὸν εἰδέναι, καὶ ὡσπερ εἶ μίαν ἡγεμονίαν ἀμφοτέρας τὰς βασιλείας νομίζειν, καὶ δίκαιον ἄμειο καὶ προσήκον ἡγεῖσθαι, ὄτου ἂν δέωνται ἑκάτεροι, ὠφελείσθαι παρ' ἀλλήλων. χρημάτων δὲ ἃ αἰτοῦσι νῦν, εἰ πρὶν τὸν πρὸς ἀλλήλους τῶν Ῥωμαίων βασιλέων πόλεμον κενιῆσθαι ἦκον, ἐκομίσαντο ἂν ἧ ἐβούλοντο ἀρκοῦντα πρὸς τὴν χρείαν. νυνὶ δὲ ἀναλωθέντων εἰς τὸν πρὸς ἀλλήλους πόλεμον, χρημάτων μὲν τὸ νῦν εἶναι οὐκ εὐπορεῖν· ἕτερον δὲ τρόπον δύνασθαι ἰάσασθαι τὴν ἀπορίαν τῶν χρημάτων. στρατιὰν γὰρ ἂν παρασχέιν πολλήν τε καὶ ἀγαθὴν, συμμαχήσουσαν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. οἰεσθαι δὲ μηδὲ αὐτοὺς ἑτέρου του ἔνεκα ἧ τῆς στρατιᾶς δεῖσθαι τῶν χρημάτων, καὶ εἰ τούτου τύχοιεν, τὸ σπουδαζόμενον αὐτοῖς ἠνύσθαι. οἱ πρέσβεις δὲ χρημάτων ἔνεκα ἤκειν ἔλεγον, οὐ στρατιᾶς. τὴν γὰρ αὐτῶν πολλοὺς τε καὶ ἀγαθοὺς τρέφειν οἷς ἔξῃστι χρῆσθαι τῷ σφετέρῳ βασιλεῖ, ἀναλωμάτων εὐποροῦντι. τοὺς μὲν οὖν πρέσβεις οὕτως εὐφυνῶς*

ab ipso consultum iri confidentes. Sed cum Andronicum seniore imperio motum reperirent, ad iuniorem adierunt. Is causa adventus eorum percepta, magno domestico quae convenientissima putaret respondendi partes dedit. Ille vocatis ad se legatis, sibi et imperatori quamobrem adessent, intellectum esse et vetustam eorum cum Romanis societatem amicitiamque haud se ignorare dixit: et utrumque imperium quodammodo unum principatum sibi videri; iustum item et cum officio coniunctum esse, ambos invicem utilitates afferre. Quod ad pecuniam attineret, si venissent antequam bellum inter imperatores gereretur, quantum pro necessitate voluissent, accepturos fuisse. Nunc idem bellum exhausisse acrarium. Verumtamen alia via posse huic ipsorum sumptuariae difficultati occurrere: exercitum enim magnum ac fortem contra hostes militiae socium praebituros. Sic namque se existimare, non alius, quam exercitus causa ipsos quaerere pecuniam. Hunc ergo si adipiscantur, quod tam diligenti opera conarentur invenire, iam inventum habere. Contra legati, se pecuniae, non exercitus causa missos: regionem ipsorum multos alere strenuosque milites, quibus uti eorum regi liceat, si sumptus tantum in stipendia non desit. Hunc in modum legatos

ὁ βασιλεὺς ἀπεπέμψατο, δώροις φιλοφρονησάμενος εἰς ὄσον A.C. 1328  
 ἔξῃν μεγαλοπρεπῶς· τὴν δὲ πρὸς τοὺς πρέσβεις τοῦ μεγάλου  
 δομεστίκου πυθόμενος ἀπολογία, νῦν μὲν ἔλεγε πρὸς αὐτὸν  
 ἀριζουσαν φαίνεσθαι τὴν πρὸς τοὺς Λατίνους ἀπολογία  
 ὑπεσπῆσθαι δοκοῦσαν φίλοις αὐτοῖς οὖσιν ἐπαγγέλλεσθαι τινα  
 ὠφέλειαν παρέξειν, ἐὰν δὲ αὐτοῖς ἐδόκει τὴν ἐπηγγελμένην C  
 στρατιὰν ζῆπειν, ἀπορεῖν ἧς ἂν εὐπόρησεν ἀπολογίας. ὁ μέ-  
 γας δὲ δομεστικός καὶ αὐτὸς μὲν εἶπεν ἐπὶ νοῦν ταύτην ἐσχη-  
 κένα ἀπορίαν πρὸς ἐκείνους ποιούμενος τοὺς λόγους, πλὴν τὸ  
 10 μὲν ἴπορεῖν χρημάτων εἰπεῖν οὐδεμίαν αὐτοῖς ἂν φέρειν αἰ-  
 σχύνῃ, ἅτε δὴ καὶ αὐτῶν ἀπορούντων καὶ δεομένων παρ' αὐ-  
 τῶν στρατιὰν δὲ παρέχεσθαι ἐπηγγέλλεται, μάλιστα μὲν ὑπερ  
 ἦν καὶ αὐτὸν οἴομενον, οὐ στρατιᾶς ἐρεῖν, ἀλλὰ χρημάτων δε-  
 σθαι. εἰ δ' ἄρα καὶ πρὸς τὰ δεύτερα χωροῖεν, νῦν μὲν εἶπεν  
 15 οὐ ῥάδιον παρῶσχειν, καιροῦ δεομένην πρὸς παρασκευὴν, ἄλ-  
 λως τε οἰδ' ἀκριβῶς εἰδότας, εἰ κατὰ γνώμην εἴη τῷ σφετέρῳ D  
 βασιλεῖ· εἰ δ' ἀπελθόντες πρὸς τὴν οἰκίαν ἀπαγγελοῦσι περὶ  
 τῆς στρατιᾶς καὶ δέοιτο αὐτῆς, τότε ἤδη τοὺς παραληφόμενους  
 ἦκειν. χρόνιον γὰρ οὔσης καὶ ὑπερορίου τῆς στρατείας, καὶ  
 20 χρόνου δίδαισι συγχροῦ πρὸς τὴν παρασκευὴν. Ἀλλὰ ταῦτα  
 μὲν τοιαῦτα. ἔξ ἐκείνου δὲ τοῦ χρόνου, ἔξ ὅτου βασιλεὺς ὁ νέος  
 τοῦ πάππου καὶ βασιλέως διαστάς, εἰς Ἀδριανούπολιν ἦκεν  
 ἄχρι καὶ τότε, τοῖς τε ἄλλοις ἅπασιν τοῖς πραττομένοις καὶ  
 δὴ καὶ τοῖς βασιλικοῖς γράμμασιν, ἃ ἐπὶ βεβαιώσει ἐγένετό

imperator dextre et donis quam potuit magnificis humaniter donatos  
 ab se dimisit; auditoque quid respondisset iis magnus domesticus,  
 opinari se affirmavit, apte et convenienter Latinis respondisse, cum  
 tanquam amicis subsidium aliquod promissum esset: qui si voluis-  
 sent promissa exigere, non videre se, quid responderi potuisset. Et  
 magnus domesticus, sibi quoque inter respondendum eandem dubi-  
 tationem exortam. At enim quod pecuniam deficere dixerit, pudori  
 minime futurum, quando et ipsi ea careant, atque aliunde petant.  
 Copias autem datum iri pollicitum, quantumvis perbene sciret, id  
 quod erat, non militem illos desiderare: sed nummaria paupertate  
 laborare. Si tamen ad alterum etiam processissent, dicturum fuisse,  
 nunc difficulter dari posse, quod mora ac tempore ad colligendum  
 opus foret. Ad haec nondum liquido sciri, an id ipsorum regi pla-  
 citurum sit. Reversi igitur domum, super exercitu certiores face-  
 rent: et si quidem indigeret, tum venirent qui eum abducerent.  
 Quippe cum lentum ac longum negotium sit, copias peregrinas et e  
 locis remotissimis contrahere, tempore diuturniore opus habere. Et  
